201
56 G
14

Digitized by Google

PRAXEOS MEDICAE
VNIVERSAE PRAECEPTA

AVCTORE

IOSEPHO FRANK

IOANNIS PETRI FILIO, AVGVSTISSIMO IMPERATORI ET TOTIVS ROSSIAE AVTOCRATORI A CONSILIIS STATVS, EQVITE ORDINIS ST. ANNAE, ST. WLODIMIRI, THERAPIAE SPECIALIS ET CLINICES IN CAESAREA VNIVERSITATE VILNENSI PROFESSORE EMERITO, PLVRIMARVM ACADEMIARVM ET SOCIETATVM MEDICARVM SODALI.

PARTIS PRIMAE

EDITIO ALTERA DENVO ELABORATA.

VOLVMINIS SECVNDI SECTIO PRIMA,

CONTINENS

DOCTRINAM PESTIS ET EPHEMERAE SVDATORIAE ANGLICAE.

LIPSIAE

SVMPTIBVS BIBLIOPOLII KUEHNIANI

CIƆIƆCCCXXVII.

VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA IN ROMA

Caput I.

De peste.

Introductio.

Pestis doctrina maximi momenti est non solum medicis, praxin in Oriente, aut in regionibus finitimis Imperii Rossici et Austriaci exercituris, sed etiam illis reliquae Europae. Continuo enim pestis periculo circumdamur. Securitas nimirum, quae ex eo emergit, quod flagellum istud, inde a seculo et quod excurrit, nobis pepercerit, debillimo innixa est fundamento [1]). Quin enim merito institutorum, praepediendae pesti dicatorum, vel minimum derogemus; fateri tamen adigimur, illis haud acquiescendum esse. Leges quidem haec instituta gubernantes, scopo sat respondent; at multis eae in exercitio premuntur difficultatibus. Hae partim ex ipsa rei natura pullulant, partim vero ex non insolita negligentia,

1) Legantur de hoc argumento praefationes Harlesii ad opus citandum Schoenbergi, et Sickii ad opus citandum.

tia, feritate, ignorantia, ebriositate et venalitate hominum inferioris ordinis, qui legibus illis exsequendis invigilare debent. Et quid demum, si Principum administri conatibus insanis quorundam nostri aevi medicorum et aliorum[2]), quatenus sapientissimas illas leges vel temperandas vel aboliendas esse proponunt[3]), aures tandem praeberent? Hoc sane in casu nobis cum PETRARCA[4]) exclamare minime licebit: „O felicem populum pronepotum, qui has miserias non agnovit, et fortassis testimonium nostrum inter fabulas numerabit!" Neminem igitur, sese ad pestem penitius cognoscendam et curandam praeparasse poenitebit. Faxit Numen benignum, ut sequens tractatus tali scopo inservire valeat! Felici propriae experientiae defectui, aliorum observationibus, indefesso labore collectis, succurrere curavimus.

§. I.

2) SMITH in curia inferiore Angliae. Consessus diei 30. Martii 1825. — Item SIR ROBERT WILSON.

3) *Observations on quarantaine: being the substance of a lecture, delivered at the Liverpool Lyceum in October 1824, by* CHARLES MACLEAN *M. D. commissioned by the spanish Government to investigate the sickness of Barcellona in the y.* 1821. *Author of: „Researches in the Levant concerning the plague" and of: „Evils of Quarantaine Laws etc." Printed at the respect of the Liverpool mediterranean association. Liverpool* 1824.

4) Epistolae de rebus familiaribus. Lib. VIII. 7. p. 773.

§. I.

Definitio. Antiquitates.

1. *Pestis*[1]) est sui generis morbus omnium potentissimus, summe contagiosus, brevi strages enormes edens, stipatus cephalaeâ, vertigine, anxietate, nauseâ, vomitu, bubonibus, anthracibus, carbunculis, variisque exanthematibus, sociâ utplurimum febre. Definitio.

2. De morbis instar pestis grassantibus *sacrae paginae*[2]) testantur, *Graecorumque* narrat *mythologia*[3]). Antiquitates.

1) *Etymolog.* a *pessum* aut *pessimum?* a *pessundo?* a *depascendo?* *Syn.* morbus, contagium, lues. Graec. λοιμὸς, παρὰ τὸ λείπειν i. e. a deficiendo, quia hominum defectum inducit; seu ut aliis placuit παρὰ τοῦ λιμοῦ i. e. a fame, indigentia; vel quia hominum penuriam s. famem parit, vel quia post famem seu annonae caritatem sequi solet, secundum graecum proverbium λοιμὸς μετὰ λιμὸν, pestis post famem. Etiam adpellatur λοιμικὴ νόσος, et ἡ λοιμώδης διάθεσις· ὀλέθριον, ab ὄλλυμι pessundo, quod plurimos pessundet. Ital. *peste; pestilenza; il morbo.* Gall. *peste; pestilence; la maladie; fièvre pestilentielle; fièvre adéno-nerveuse* (Pinel). Angl. *pest; pestilence; plague.* Germ. *Pest; Pestilenz.* Belg. *Pest; Pestkoorts.* Dan. *Pest; Pestilents.* Suec. *Pest; Pestilents.* Hisp. *Pest; Pestilencia.* Lusit. *Peste; Pestilencia.* Ross. повѣтрїе, моровое повѣтрїе, чума, пагуба. Polon. *Powietrze; Powietrze morowe.*

2) Exod. cap. 5. Levit. cap. 6. Jeremiae cap. 14. 37 et 51. Isaiae cap. 37. Ezech. cap. 5 et 14. Regum cap. 24. Cfr. Josephi Flavii antiquitatum Judaicarum

gia[3]). Praecipue famosae sunt epidemiae *Aegyptiaca*[4]), *Aeginensis*[5]), *Trojana*[6]), *Cretensis*[7]), *exercitus Persici*[8]), *Romana*[9]), *Atheniensis*[10]), *Gal-*

Lib. VII. cap. 10. — G. W. Wedel de pestilentia in sacris. Jenae 1714. 4.

3) Diodorus Siculus Lib. III. (Bacchus); Lib. IV. (Apollo et Cybele).

4) Exod. cap. 7. 8. 9. 10. 11. — Euseb. in chronic. Franc. — Gastaldi de avertenda et profliganda peste. cap. II. p. 9. — Cfr. Herodot. II. 141.

5) (a. 1200. ante aer. christ.). Ovid. metamorph. VII. v. 523—660.

6) Homer. Iliad. Lib. I. — Herod. in vita Homeri. — Seneca in Oedipo v. 37. 70—124. 201.

7) (a. 1180. ante aer. christ.). Virgil. georg. Lib. III. 485—90.

8) (a. 480. ante aer. christ.). Herodot. VIII. 115. — Justin. IV. 23.

9) (a. 472. ante aer. christ.). Euseb. chronic. — T. Liv. Dec. I. Lib. 3. — Dionys. Halicarnass. Lib. IX. (Duodecima haec fuit epidemia ab urbe condita, uti videre est, apud Plutarch. in vita Romuli — in vita Num. Pompil. etc.).

10) (a. 431. ante aer. christ.). Thucydides de bello Pelop. Lib. II. c. 48. et Lib. III. c. 80. (Thucydides *von der Pest in Athen, aus d. Griech. übers. mit Zusätzen u. Anmerkungen und mit einem Anhang über die Pest in Aegypten während der Französ. Feldzüge, von Dr.* P. Assalini. *Von Dr.* J. Eyerel. *Wien* 1810. — Theodos. Georgiades de peste Atheniensi a Thucydide descripta. Halae 1815) — Lucret. VI. v. 1123. (*Eines* T. Lucretius Carus *Schauergemälde d. Kriegspest in Afrika. Von* J. Ch. F. Meister. *Züll.*

Gallorum Romae[11]), aliae *Romanae*[12]), *Syracusana*[13]), *Africae septentrionalis*[14]) et *exercitus Pompeji*[15]). Quoniam vero in epidemiis ejusmodi nulla bubonum facta est mentio, negant quidam[16]), illas ad *veram pestem* (eo videlicet sensu,

1816. 8.). — CH. A. SCHÖNKE, pr. KÜHN diss. de peste Periclis aetate Athenienses affligente. Lips. 1821. 4.

11) (a. 390. ante aer. christ.) T. LIV. V. 48.

12) Permultae epidemiae ab a. 390. ante aer. christ. usque ad Christi nativitatem grassabantur, uti videre est, apud T. LIV. Decad. I. Lib. 5. 6. 7. 8. 10. Decad. V. Lib. I. — PLUTARCH. in vita Camilli. — VALER. MAXIMI Lib. I. cap. 6. — Porro praecipue memoratu dignae sunt epidemiae pestilentiales: a. 65 — 66. aer. chr. (SUETON. in vita Neronis. c. 39. — EUTROP. Lib. VIII. — OROS. Lib. VII. cap. 9.); a. 80. (SUETON. in vita Titi c. VIII.); a. 168. (CL. GALEN. Lib. I. de differ. febr.); a. 188 — 189. (HERODIAN. Lib. I.), de quibus exacta ratio habetur in — *Compendio cronologico storico-profano-ecclesiastico, estratto dagli annali d'Italia di* LODOVICO ANTONIO MURATORI, *da* GAETANO RIGONI *Vicentino. T. I — IV. Milano* 1755. 8. — quaeque ratio historiam totius Italiae includens, ad seculum usque decimum octavum extenditur.

13) T. LIV. Decad. III. Lib. 5. — SIL. ITAL. de bello Punico. Lib. XIV. v. 580 — 617.

14) (a. 126. ante Chr. n.) OROS. Lib. V. cap. 2. Lib. VIII. — DIOD. SIC. — S. AUGUST. de civitate Dei. Lib. III. c. 31.

15) CAESAR de bello civili. Lib. II.

16) FALCONER in doctiss. dissertatione, a. 1801. coram *the literary and philosophical society of*

sensu, quo hodie a medicis sumitur) pertinuisse, revocantque modo ad *typhum contagiosum* [17]), modo ad *febres intermittentes perniciosas* [18]), modo ad *variolas* *) etc. De morbis, qui tot ante secula observati et a solis fere historiographis et poëtis descripti fuere, nobis judicandi facultatem non adrogamus. Progredimur hinc directe ad *pestis bubonicae* seu *inguinalis chronologiam* [19]) et *literaturam* [20]).

§. II.

Bath lecta. — SCHNURRER *Chronik der Seuchen. Tubing.* 1823. 1. *Th.* p. 132.

17) HAYGART *lettre to Dr. Percival on the prevention of infectious fevers.* p. 121. A. WAWRUCH antiquitates typhi contagiosi. Vindob. 1812.

18) De MATTHAEIS ratio instituti clinici Romani. Exord. p. XXXI. („Pestilentiae, inquit, quibus persaepe obnoxia fuit vetus Roma ex LIVII historiis ad hoc morbi genus, seu ad perniciosarum febrium epidemias referri debent").

*) K. F. TH. KRAUSE *über das Alter der Menschenpocken und anderer exanthematischen Krankheiten. Hannover* 1825.

19) CYR. SPANGENBERG *Historia von der flüchtenden Krankheit, der Pestilenz, worin aller pestilenzischen Sterben derer seit Anfang der Welt gedacht wird.* 1552. 4. — ANDREA GRATIOLO *di Salò, discorso di peste, nel quale si contengono utilissime speculazioni intorno alla natura, cagioni, curazione della peste, con un Catalogo di tutte le pesti più notabili dei tempi passuti. Venezia* 1546. 4. — J. CHRISTOPH. HAHNEN *Gotteshand und Geisel, oder wahrhafte Beschreibung der meisten denkwürdigen Pestseuchen und*

§. II.

Chronologia et literatura.

1. Prima hujus generis pestis descriptio PROCOPIA [1]) Secul. VI.

giftigen Krankheiten. Leipzig 1651. 12. — ATHANASIUS KIRCHER scrutinium physico-medicum contagiosae luis, quae dicitur pestis; adnexa *chronologia pestium* famosiorum a Moysis aetate usque ad annum 1656. Romae 1658. Lipsiae 1671. — Tractatus de febribus in genere et specie ex veterum et recentiorum scriptis perpensus. Auctore FRANC. PIENS Doct. med. et chir. Editio novissima a JOH. JAC. MANGETO. (Agit cap. VII. de febribus pestilent. et malign. continuatque *chronologiam pestium celebriorum*). — ADAM LEBENWALDT *Land-, Stadt-, Haus- u. Arzneybuch, in welchem angezeigt und erwiesen wird, wie man .... die Pest, Pestilenzial- u. petechialische Fieber ... Widerstand thun könne ... sammt einer Chronik aller denkwürdigen Pesten. Nürnberg* 1695. *fol.* — INGRAM DALE *an historical account on the several plagues, that have appeared in the world since the year* 1346. *Lond.* 1755. — J. P. PAPON *de la peste, ou époques mémorables de ce fléau et les moyens de s'en préserver. Paris* 1800. 2 *Volumes.* — J. A. F. OZANAM *histoire médicale générale et particulière des maladies épidémiques, contagieuses et épizootiques, qui ont regné en Europe, depuis les tems les plus reculés et notamment depuis le XIV. siècle jusqu'à nos jours. Paris* 1817. 8. — FR. SCHNURRER *Chronik der Seuchen, in Verbindung mit den gleichzeitigen Vorgängen in der physischen Welt und in der Geschichte der Menschen. Tübingen* 1. *Th.* 1823. p. 132. 165. 2. *Th.* 1825. p. 102. 123. 126. 171. 242.

20) LEONARDUS AUGUSTUS (medicus Pergamenus) scri-

COPIO[1]) et EVAGRIO[2]) debetur. Ortum ea duxit anno DXLI in *Aethiopia*[3]) aut juxta alios[4]) in *Aegypto*. Anno insequente *Byzantium*[5]) et postea in *Italiam*[6]), *Hispaniam* et *Galliam*[7]), nec non

psit repertorium de peste. — ADAMI bibliotheca loimica. Vindob. 1784. — G. G. PLOUCQUET repertorium medicinae practicae. T. III. p. 329—352. — Plurimorum operum ab ADAMI et PLOUCQUET vel omissorum vel vitiose allatorum cl. JOSEPHUS BERNT (politiae medicae et medicinae forensis in C. R. universitate Vindobonensi Professor) me peculiari humanitate ac benevolentiâ certiorem reddidit. Fructum quoque acquisivi ex foliis nonnullis operis proxime prodituri cl. ANGELO FRARI (*della conoscenza, preservazione e cura della peste*) in quae videlicet folia amicus auctor mihi Venetiis autumno a. 1824 oculos conjiciendi opportunitatem praebuit.

1) De bello Persico. Lib. VI. c. 23. p. 145.

2) Historia ecclesiast. Lib. IV. c. 29. p. 408 (edit. READINO. fol. Cantabr. 1720).

3) EVAGR. l. c.

4) PROCOP. l. c. Cfr. BARHEBRAEI chron. Syriac. p. 84. (edit. KIRSCH. Syr. Lips. 1789. 4.).

5) PROCOP. — EVAGR. — AETIUS de re medica II. 95. (Mirum, hunc solum de bubonibus mentionem non fecisse).

6) PAUL. WARNEFRID de gestis Longobard. Lib. II. c. 4. p. 776. (ed. GROT. Amstelodami 1655. 8.) — Compend. chronologic. citatum. T. II. p. 178. 193. 199. 205. 210. 228. 231. 238. 258.

7) GREGOR. TURON. IX. 22.

non in *Angliam*[8]), quid quod in universum tunc notum orbem terrarum[9]) illata est. Repetitis insultibus, cyclo, ut contenditur[10]), indictionis[11]), invalescens, neminique parcens[12]) haec pestis per quinquaginta et ultra annos[13]) saeviit.

2. *Seculo septimo* praeter nonnullas epidemias generis dubii[14]), ad pestem nostram procul dubio spectant illae, quae a. DCXVIII *Germaniam*[15]), Secul. VII.

a.

8) (a. 546.) Bedae hist. eccles. gentis Anglorum. Cantabr. 1722. T. I. p. 13.

9) J. P. Papon op. cit. T. I. p. 79.

10) Evagr. l. c.

11) Id est quindecim annorum.

12) „*Elle* (*cette peste*) *les etendoit* (*ses fureurs*) *sur toute la terre, n'épargnoit ni age, ni sexe, ni condition. Les iles, les rochers, les cavernes, les chaumieres n'en mettoient point à l'abri. L'hiver, le printemps, l'été, l'automne lui étoient également favorables pour pénétrer partout où il y avoit des hommes à devorer.*" (Papon l. c.).

13) „*Cette peste, une des plus terribles dont l'histoire fasse mention, dura cinquante-deux ans, et dépeupla l'univers.*" Papon l. c. p. 96. „*Il ne faut donc pas regarder comme tout autant de maladies différentes, mais simplement comme des éruptions du même feu pestilentiel, les dix pestes, dont l'histoire fait mention depuis l'an 542 jusqu'à la fin du même siècle.*" Idem p. 97.

14) Bartholom. Platina de vitis pontificum. In vitam Bonifacii IV. et Diodati I. — Compend. chronologic. T. II. p. 260. 310.

15) Georg. Agricola de peste. Lib. III.

a. DCXL *Byzantium*[16] et a. DCLXXX *Romam* reliquamque *Italiam*[17] depopularunt.

Secul. VIII. 3. *Seculo octavo* pestis aggressa est a. DCCIX *Brixiam*[18], a. DCCXVII *Byzantium*[19], ab a. DCCXLV — ad XLVII *Calabriam* ac *Siciliam*[20] et a. DCCLXXIV *Papiam*[21].

Secul. IX. 4. *Seculo nono* pestis a. DCCCI *Italiam*, *Germaniam* et *Galliam* afflixit[22]. Inter a. DCCCXI et XII ad universam fere Europam pervenit[23]; nec per reliquam seculi partem siluit, praecipue *Angliae*[24] et *Orienti*[25] infensa.

Secul. X. 5. Incipiente *seculo decimo* pestis continuo *Byzantii* edidit strages[26]. Item a. DCCCCLXIV *Mediolani*[27], porro ab anno DCCCCLXXXIV—VI in reliqua *Italia*[28], nec non in *Germania*[29] maxime vero a. DCCCCLXXXIX *Venetiis*[30].

6. In-

16) Kircher l. c.

17) Platina l. c. in vit. Agathonis et Spondan. — Compend. chronol. l. c. p. 326. Cfr. p. 515. 596.

18) Elias Cavriolus chronicon Brixiense. 1428. 1477.

19) Paul. Diacon. Lib. VI. c. 2. p. 47.

20) Kircher l. c.

21) Joannes Tarcagnotta hist. mundi. P. II. Lib. 9.

22) Tarcagnotta l. c. P. II. lib. 9. — Agricola l. c.

23) Kircher l. c.

24) Platina l. c. in vita Nicolai I.

25) Adam. Lebenwaldt l. c.

26) Kircher l. c. — Lebenwaldt l. c.

27) Bernardo Corio *storia di Milano.*

28) Platina l. c. in vita Joannis XIV.

29) Lebenwaldt l. c. 30) Kircher l. c.

6. Ineunte *seculo undecimo* continuavit pestis *Venetiis*[31]. Mox vero caput extulit *Romae*[32], *Bononiae* et *Mutinae*[33], ne dicamus de reliqua *Italia*[34]. Tandem a. MLXV in *Dalmatiam*[35], in *Hungariam*[36] et in *Germaniam*[37] delata est. In annum MXC prima *Rossiae* pestis, de qua certa habetur notitia, incidit[38]. Secul. XI.

7. Sub *seculi duodecimi* curriculo innotuere potissimum pestes a. MCXXV—VII *Germaniae*[39], a. MCXXXV *Insubriae*[40], a. MCLXVII exercitus *Friderici Barbarossae*[41], a. MCLXXII exercitus *Reipublicae Venetae*[42] ex insula *Scio* reducis, et a. MCXCIII exercitus *Henrici VI. Neapolin* obsidentis[43]. Secul. XII.

8. Seculi *decimi tertii* initium praeter *Orientis* Secul. XIII.

31) Nicolò Doglioni *istoria Veneta.*

32) Compend. chronolog. T. III. p. 7.

33) Cherubino Ghirardazzi *istoria di Bologna. Lib. II.*

34) Platina l. c. in vita Benedicti VIII.

35) Frari op. c. p. 286. 36) Idem, ibidem.

37) Agricola l. c.

38) W. M. Richter *Geschichte der Medicin in Russland. I. Thl. Moskwa* 1813. p. 178. („*Eigentlich ist die Pest des gedachten Jahres die erste, deren in den Russischen Annalen mit Zuverlässigkeit erwähnt wird*").

39) Agricola l. c.

40) Andrea Gratiolo *di Salò* op. cit.

41) Corio *storia di Milano.* — Comp. chronolog. T. III. p. 211.

42) Comp. chronolog. T. III. p. 217.

43) Tarcagnotta l. c. P. II. lib. 13.

tis pestes [44]) illas *Dalmatiae* [45]), *exercitus christiani*, bellis sacris dicati [46]), urbiumque *Bononiae* [47]), *Romae* [48]), *Smolensk* [49]) et *Pleskow* [50]) exhibuit. A. MCCXLII — III *Italia* et *Gallia* ejusdem flagelli participes redditae sunt; exercitu *Sti Ludovici*, adversus Henricum tertium, Anglorum Regem, bellum gerente, minime excepto [51]). A. MCCLIV pestis *Mediolani* altissimas egit radices [52]). A. MCCLXX exercitus *Sti Ludovici*, expeditioni Africanae intentus, altera vice a peste tentatus fuit, Rege ipso inde mortuo [53]). A. MCCLXXXV idem morbus *Belgium* et *Italiam* invasit [54]), in quam ultimam maxime a. MCCLXXXVIII saeviit [55]). In hoc praeterea seculum exordia literaturae medicae de peste bubonica incidunt [56]).

Secul. XIV. 9. Pestes ab initio usque versus medium *seculi*

44) Graeciae a. 1201. et Syriae a. 1202. in exercitu Balduini (Kircher l. c.).

45) (a. 1202.) Frari l. c. p. 289.

46) (a. 1218.) Vitriac. hist. Orient. Lib. III. — Tarcagnotta l. c. P. II. lib. 14.

47) (a. 1225.) Ghirardazzi l. c. lib. 5.

48) (a. 1231.) Platina l. c. in vita Gregorii IX.

49) (a. 1230.) Richter l. c. *I. Thl.* p. 193.

50) (a. 1237.) Idem, ibidem. 51) Lebenwaldt l. c.

52) Gratiol. l. c. 53) Kircher l. c.

54) Kircher l. c. 55) Kircher l. c.

56) Leonardus Augustus l. c. et Angelus Cameriensis (medicus Italus) de praeservatione a peste et venenis.

culi decimi quarti observatae[57]), quamquam passim saevae, ab illa a. MCCCXLVI—LII (*mortalega grande*[58]), *anguinalgia*[59]), *pestis longe atrocissima*[60]), et *mors* seu *pestis nigra*[61])), omnino obfuscantur. Ejus historiam C. SPRENGEL[62]), W. M. RICHTER[63]), J. BERNT[64]) et lib. BAR.

57) A. 1301. *Placentiae* (PAPON l. c. T. II. p. 273.); a. 1307. in *Anglia* (KIRCHER); a. 1311. *Venetiis* (PAPON l. c. p. 274.); a. 1316—17. *Brixiae* et in reliqua *Italia*, quid quod in *Belgio*, *Gallia* et *Polonia* (EL. CAVRIOLUS chronic. Brix. — KIRCHER — LEBENWALDT l. c.); a. 1340. *Florentiae* (RONDINELLI in opere citando — CORIO l. c.) in *Dalmatia* (FRARI l. c. p. 296.); a. 1342. in Galliâ (PAPON l. c. p. 275).

58) MATTH. DE GRIFFONIBUS. v. L. A. MURATORI *annali d'Italia*. *T. XVIII.*

59) GRATIOL. l. c. 60) P. ADAMI l. c. p. 176.

61) J. CH. KUNDMANN rariora naturae et artis item in re medica. Bresl. et Lips. 1737. fol. p. 1133. — LOCCENII histor. Suecan. Lib. III. p. 104. — C. SPRENGEL in l. mox citando. — PAPON l. c. T. I. p. 102.

62) *Beyträge zur Geschichte der Medicin. Halle* 1794. *I. B.* 1. *St.* p. 36—116. *Der schwarze Tod der Jahre* 1348 — 1350.

63) L. c. cap. XIX. p. 194—221.

64) *Beytrag zur Geschichte der in nördlichen Ländern unter dem Namen der schwarze Tod bekannten Pest des XIV. Jahrhunderts.* (*Medic. Jahrbücher des K. K. Oesterreich. Staates. Neue Folge. II. B.* 1. *St.* p. 67). Auctor probat, nomen *mortis* seu *pestis nigrae* neque antiquum neque vulgo receptum esse. Teste RICHTER (l. c. p. 201.) illud ex DANIA ortum traxit (*der*

Bar. Zach[65]) speciatim prosequuti sunt. Constat morbum incunabula in *China* habuisse[66]), seseque rapide super *Orientem* expandisse[67]); *Byzantio* navibus mercatoriis (nautis subinde peste peremtis[68])) in *Siciliam*[69]), *Corsicam* et *Sardiniam*[70]) advectum fuisse, indeque simili pacto *Genuam*[71]) *Massiliam*[72]) portusque *Cataloniae*[73]) attigisse. Universa *Italia*[74]), *Mediolano* pro tempore

sorte Dod), „*weil die Leichen meistens über und über kohlschwarz wurden.*" Addi potuisset et ex *Suecia* (*Diger-döden*) teste Loccenio l. c.

65) *Correspondance astronomique géographique etc. Vol.* 12. *No.* 1. p. 90. 1825.

66) (a. 1346.) Deguignes *histoire générale des Huns, des Turs, des Mogols.* (4. Paris. 1758.) *Vol. IV. Livre* 21. p. 224.

67) Cantacuzen hist. Lib. IV. c. 8. p. 730. — Barnes *history of Edward III. Vol. II.* p. 431. — Knighton de eventibus Angliae p. 2598.

68) Matteo Villani *storia che continua la storia di Giovanni Villani suo fratello, e che commincia dall' anno* 1348. *Venezia* 1562.

69) (a. 1347.) Vitoduran chronic. in Eccard corp. hist. med. aevi. Vol. I. p. 1924. — et in Fuessly thesaurus histor. Helvetae. p. 84.

70) Giov. Villani c. 99.

71) Gentilis Fulgino consilium f. 76. a.

72) Oudegherst *chroniques de Flandres. Ch.* 175. *f.* 297. *b.*

73) Curita *Annales de Aragon. Lib. VIII. c.* 26. *f.* 219. *b.* — Ferreras *Gesch. v. Spanien.* 5. *B.* p. 266.

74) Memorari praeterea merentur pestis hujus temporis *Dalmatica* (Frari l. c.) et *Raghusina* (Farlati

pore excepto [75]), pestem istam experta est. Quae *Florentiam* detinuit, quippe a *Boccaccio* [76]) descripta, famosissima reddita. Praeterea inprimis innotuere pestes, quae eo tempore *Avenioni* [77]), *Montepessulani* [78]), *Parisiis* [79]), *Valenciae* [80]), *Sevillae* [81]) et *Gibraltari* [82]) grassatae sunt. *Germania*

Illyric. Sacr. T. III. p. 130. — Seraph. Cerva compend. historiae ecclesiast. Rhacusinae. — Giovanni di Marino Gondola *annali della città di Ragusa.* p. 97. — *Storia di Ragusa scritta da un anonimo.* — Serafino Razzi *storia di Raugia* p. 124).

75) Clausis videlicet urbis portis, forte minus ob timorem contagii, quam, ut alibi locorum, ob illum latronum. (Cfr. Chronic. Claustro-Neoburg).

76) *Introduzione alla prima giornata del Decamerone. Descrizione della peste del 1348. in Firenze.* (Ab initio mensis Aprilis usque ad Septembris finem).

77) Oudeoherst l. c. — Baluz. vit. papar. Avenion. Vol. I. p. 316. — Rebdorf annales in Freher. script. rer. Germ. Vol. I. p. 630.

78) Papon l. c. T. I. p. 122.

79) Felibier *histoire de la ville de Paris. Vol. II. livre* 12. p. 601. (fol. 1725.) — Continuat. chron. Nangiac. in Dacher spicileg. Vol. III. p. 110. — Mézéray *abrégé de l'histoire de France. Vol. III.* p. 107. — Guy de Chauliac v. Martene et Durande collect. ampliss. veter. monumentorum. Vol. VI. p. 385.

80) Curita l. c.

81) Zuniga *annales ecclesiast. y secular. de Sevilla. Lb. IV.* p. 172.

82) Mariana *historia de España. Lib. XVI. c. 15. Vol. VI.* p. 137. (8. *Leon.* 1719.).

mania eundem morbum toleravit [83]). Confectae inde praeprimis fuere *Vindobona* [84]), *Argentoratum* [85]), *Ulma* [86]), *Basilea* [87]), *Erfordia* [88]), *Hala* [89]), *Paderborna* [90]), *Lubeca* [91]): porro *Slesvicum* [92]), *Geldria* [93]), *Leodium* [94]) universumque *Bel-*

83) Barnes l. c. Vol. III. f. 70. a.

84) Petz scriptor. rerum Austriac. Ratisbonae. 1745. fol. Vol. I. p. 971. — Fuhrmann *altes und neues Wien.* 1. *Thl.* — Fenger diss. sistens historiam pestilentiarum Vindob. 1817. p. 15.

85) Koenigshoven's *Elsassische Chronik. K.* 2. §. 212. p. 134. *K.* 5. §. 86. p. 300. — Albert. Argentin. in Urstis. script. rer. Germ. P. II. — Laguille *hist. de la province d'Alsace. Liv.* 25. p. 200. (fol. Strasb. 1727).

86) Heinrich Steinhowel *Regimen in schweren Läufen dieser Krankheit der Pestilenz der Stadt Ulm gesammelt. Ulm* 1474. 4.

87) Hottinger's *Kirchenhistorie.* 2. *Thl.* p. 167.

88) Spangenberg *Mansfeldische Chronica. K.* 287. p. 337. b. (fol. 1571).

89) Dreyhaupt's *Beschreibung des Saalkreises.* 1. *Thl.* p. 73.

90) Meibom. Vol. II. p. 228. Vol. I. p. 285.

91) Chronic. Sclavic. in Lindenbrog script. rerum Germanic. septentrion. p. 208. — Spangenberg l. c. f. 336. b. — Becker *Geschichte von Lübeck.* 1. *Thl.* p. 269.

92) Mencken. Vol. III. p. 611.

93) Pontan. *Geldersse Geschiedenissen.* 7. *B.* §. 23. p. 136. (fol. *Arnheim.* 1654).

94) Fullon. historia Leodiens. Vol. I. P. I. lib. V. p. 428.

Belgium [95]). Item *Bohemia* [96]). Ex Galliâ in *Angliam* eadem perducta est pestis. Anno MCCCXLVIII mense Augusti in portubus maritimis [97]) et mense subsequo *Londini* conspiciebatur, annumque perduravit [98a]). A. MCCCXLIX irruit in *Daniam* [98b]), *Norvegiam* [99]), *Grönlandiam* [100]), *Sueciam* [101]) et *Poloniam* [102]) atque a. MCCCL in *Rossiam* [103]). Huc caeterum breviori via

95) Jos. a Leidis chronic. Belgic. Lib. XXIX. c. 13. p. 272. in Swertii rer. Belgic. annal. Vol. I.

96) Hammerschmied prodrom. glor. Pragens. c. 5 et 17.

97) Locatis in *Dorsetshire*, *Devonshire* et *Sommersetshire*.

98a) Barnes l. c. p. 436. 437. 442. — Cartés *history of England. Vol. II. b.* 10. p. 475.

98b) Pontan. rerum Danicar. hist. Lib. VII. p. 476. — Arrild Hvitfelds *Danmarkis Rigis Kronicke. P. III.* p. 504. — Langebeck script. rer. Danicar. Vol. VI. p. 227. 525.

99) Thom. Torfaei histor. rer. Norvegic. P. IV. lib. IX. c. 8. p. 478.

100) Joh. Chr. Kundmann l. c. (Contendit morbum jam a. 1348. apparuisse).

101) Dalin's *Svea-Rikes histor.* 2. B. p. 350. — Loccen. l. c.

102) Dugloss. hist. Polon. Lib. IX. p. 1086. — Gabr. Raczynsky auctuar. hist. nat. Polon. p. 467—468. — Johannes Lernet ad quaestiones de peste a societate amicorum scientiarum Varsoviensi propositas, responsoria dissertatio. Cremeneci 1814. p. 10.

103) Лѣтопись по Ник. списку. III, 194. — Richter l. c. p. 204. (Grassabatur potissimum in urbibus

via ex *Asia*, ut chronica quaedam[104]) contendit, pervenire potuisset[105]). — Utrum pestes, seculo decimo quarto versus finem vergente, *Europae* familiares[106]), novum constituerint morbum, an ex pestibus antiquis stabilibus[107]), vel redeuntibus[108]) pullulaverint; non audemus determinare.

Acce-

Pleskow, *Nowogorod*, *Smolensk*, *Kiew*, *Tschernigow*, *Susdal*, *Gluchow*, *Belosero* et verosimiliter *Moscvae*).

104) Лѣтопись Никонова, III, 179. (Ex India).

105) En argumenta: Mercatura inter Asiam et Europam Secul. XIV. praeter maris rubri viam, illam juxta mare Caspieum et per Tartariam inire solebat (Mandeville *voyage and travels*. c. 20. p. 156. *London* 1727. 8.); — pestis Astrachan revera detinebat (Levesque *histoire de la Russie*. *Yverdun* 1783. *Vol. II.* p. 159.) et Tartari Rossiae imperabant. Altera vero ex parte ait Petrejus (*Muskowitische Chronika*. *Leipz.* 1620. p. 617.): „*Die Muskowiter*, *welche jenseits Kasan und in der Tartarey wohnen*, *wissen nichts von der Pest*, *sondern nur die*, *welche auf den Gränzen wohnen*, *als zu Nowogorod*, *Pleskow*, *Smolensk u. s. w.*"

106) A. 1360. in Angliâ et Germaniâ; a. 1361. Parmae et Mediolani; a. 1374. in Etruria et Gallia meridionali; a. 1377. Venetiis et Genuae; a. 1380. in Germania; a. 1381. Bononiaa et in vicinia; a. 1383. Florentiae; a. 1390. Genuae et in Gallia meridionali; a. 1391. in Germania; a. 1399. in Insubria, et 1400. in universa Italia. (Papon l. c. T. II. p. 275—278).

107) „*Ce qui prouve qu'elle étoit devenue* p e r m a n e n t e *en Europe*, *c'est*, *qu'on la retrouve dans l'état de Gènes et en Provence en* 1390." (Papon l. c. p. 277).

108) „— *d'où* (*du Nord*) *elle revint pour ainsi dire sur ses pas.*" (Papon l. c. T. I. p. 104).

Accedit insuper dubium, num tota epidemia annorum MCCCXLVI — L ad pestem legitimam pertinuerit, nec ne? Videtur enim ea veluti duobus morbis constitisse, quorum dumtaxat alter bubones exhibebat, primus autem solis peripneumoniae symptomatibus insignitus fuit[109]. — Restat nonnullos de peste scriptores in medium proferre[110]; ac monere, eidem seculo decimo quarto deberi legum adversus hoc flagellum rudimenta[111].

109) „Fuerunt ejus species duae, altera, quae per duos primos menses cum febre adparuit et sputo sanguinis .... altera species, quae priorem excepit, cum febre continua invasit, *carbunculis* et *abscessibus*, praecipue in *inguine* et sub *alis*; haec priorem lethalitate aequavit.“ — (Friend hist. medicinae. Lugd. Bat. p. 387. praeeunte Guy a Chauliao l. c. T. II. doctr. 2. c. 5. f. 21. c.). — Interea lego apud Barnes (l. c. p. 432.) morbum cum tumoribus sub axillis incepisse, dein haemoptoën apparuisse. Ita pestes initio seculi XV. In Rossia obviae, haemoptoë *una cum* bubonibus stipatae erant.

110) Gentili a Foligno (Fulgin.) Consil. f. 77. a. (peste necatus Perugiae die 18. Junii 1348. — Sprengel l. c. p. 57.). — Gabatius a St. Sophia (medicus contemporaneus Patavinus v. Tiraboschi *storia della literatura Italiana*. *Vol.* 5. p. 230.) scripsit de febribus tractatus duos. Lugd. 1517. 4.; — Vinarius (trium Pontificum medicus) de peste (1350.) et Caesar Pallavicini (medicus Cremonensis mortuus a. 1389. v. Arisii Cremona literat. T. I. p. 176.) de praeservatione a morbo pestilenti.

Secul. XV. 10. *Rudimenta*, inquam, nam leges ejusmodi impares adhuc erant pesti a *seculo decimo quinto* avertendae; quod fata *Italiae*[112]), insularum maris mediterranei[113]), *Germaniae*[114]), *Helve-*

111) BERNT l. c.

112) *Rhagusae* a. 1416 (*annali della città di Ragusa* l. c. — FRARI l. c. p. 326.); *Ibidem* a. 1422. (Biblioth. scriptor. Ragusin. a P. SERAPH. CERVA concinn. FRARI l. c. p. 327.), — *Ibidem* a. 1430. (Biblioth. cit. No. CLXXV.). *Ibidem* a. 1437. (Compend. histor. ecclesiast. Rhacusinae. — SAL. DIVERS. — Descriptio Rhagus. p. 146. — FRARI l. c. p. 332.); *Ibidem* a. 1456. (FARLATI histor. eccles. Rhacus. p. 163. — FRARI l. c. p. 336.); *Ibidem* a. 1464—65—66. (Biblioth. cit. p. 288. — FRARI l. c. p. 337.); *Ibidem* a. 1480—81—82. (Bibl. cit. p. 268. — FRARI l. c. p. 339.) et a. 1500. (FRARI l. c. p. 343. ex Archiviis urbis); a. 1420. in *Spalatri* (GUIL. BAJAMONTI *storia della peste, che regnò in Dalmazia negli anni* 1733. *Venez.* 1786. 8.); *Ibidem* et in insula *Pago* a. 1456. (FRARI l. c. p. 336.); a. 1428. *Curzolae* (FRARI l. c. p. 328. ex archiviis urbis); a. 1438. *Venetiis* (SABELLIC. Decad. III. lib. 6.; — FRARI l. c. p. 332.); a. 1449. *Sebenici* (FRARI l. c. p. 334. ex archiviis urbis); a. 1460. *Zarae* (FRARI l. c. p. 337.); a. 1423. *Bononiae* et *Brixiae* (GHIRARDAZZI *storia di Bologna. Lib.* 29. — CAVRIOL. chron. Brix.); a. 1439. *Brixiae* (CAVRIOL. l. c. *Lib.* 10.); a. 1485—86. *Mediolani* (CORIO *storia di Milano*); a. 1478. in omni fere *Italia* et praecipue *Florentiae*. (MAR. FICINO op. citando cap. 2. 3.); a. 1428. *Romae* (FRARI l. c. p. 328.).

113) A. 1455 et 1499—1500. *Rhodii* (BOSIO *historia della sacra religione ed ill^ma^. milizia di S. Giov. Gerosolomi-*

vetiae[115]), *Galliae*[116]), *Hispaniae*[117]), *Lusitaniae*[118]), forte *Angliae*[119]), certeque *Rossiae*[120]) testan-

tano. Malta 1630. *Vol.* 2. *Part.* 2. *Lib.* 7. p. 251. et *Lib.* 15. p. 533).

114) A. 1434—35. *Norimbergae* (AGRICOLA l. citando); a. 1453. *Erfordiae* (M. SACHS in vita Friderici III.); a. 1460. variis in locis (KIRCHER l. c.) *Ulmae* (HEINR. STEINHOVEL *Regimen in schweren Läufen dieser Krankheit der Pestilenz der Stadt Ulm gesammelt. Ulm* 1474. 4.).

115) A. 1440. *Basileae* (TARCAGNOTTA l. c. *Lib.* 19.).

116) A. 1450. *Parisiis* (QUERCETANUS l. citando.). Interea in ea versor opinione, istam, de qua agitur epidemiam Parisiensem non ad pestem sed ad *ephemeram sudatoriam anglicanam* pertinuisse. Cfr. tractatus de febre ephemera sudatoria anglicana. §. X. 4. (35).

117) A. 1415. (FR. VALERIOLA l. citando. Lib. de epidemia).

118) A. 1436. (MARIAN. Lib. 21. cap. 13.).

119) Forte inquam, nam circa tempus, quo de peste Angliae quaestio instituitur (1500.) *ephemera sudatoria*, facile cum illa confundenda, ibi grassabatur.

120) Pestis seculi praecedentis in *Rossia* in regionibus *Rschewsk*, *Moschaisk*, *Dmitrew*, *Swenigorod*, *Riaesan* ad a. 1409. perduravit; a. 1417. ea *Pleskow*, *Nowogorod*, *Ladoga*, *Poroschow*, *Torschock*, *Twer*, *Dmitrew* etc. afflixit; a. 1419. morbus *Kiew* detinuit; ab a. 1420. ad 1430. usque pestis *Kostroma*, *Jaroslaw*, *Juriew*, *Wolodimer*, *Susdal*, *Pereslaw*, *Galitsch* et *Rostow* aggressa est; a. 1442. et 1465—1467. morbus rursus *Pleskow* comparuit. Ita a. 1467. *Nowogorod* (RICHTER l. c. *I. Th.* p. 237—245).

BIBLIOTECA NAZIONALE V.E. ROMA

testantur. Aucta praeterea est pestis literatura[121].

11. Quae

121) Baveria *regimento degno et utilissimo commo il huomo si debba gubernare et preservarse nel tempo de la peste. Bologna* 1478. — Jacobus Soldi de peste. Bononiae 1478. — Hieronimus Manfredi de peste. Bononiae 1479. 4. — Johann. Michael. Albert. Carrara (medicus Pergamenus, mortuus a. 1490.) de peste. — Albicus praxis medendi; regimen sanitatis. *Regimen pestilentiae.* Lips. 1484. 4. — Angel. Manna (medicus celeb. Cremonensis, mortuus a. 1495.) de pestilentia liber I. vid. Arisii Cremona literat. T. I. p. 330. — Johannes Paratus (medicus et astronomus Cremonensis, ad finem seculi XV.) tractatus aliquot de pestilentia. vid. Arisium l. c. p. 327. — Theodoricus Gresmundi de Meschede (floruit Moguntiae initio seculi XV.) scripsit: De conservanda sanitate tempore pestis. — Thomas Forster liber de peste et Tenesmone. Rouen. 1480. et mutato titulo 1590. 4. — Anton. Guaineri tractatus de peste. Papiae 1488. Cum Joh. Falconis additionibus. Papiae 1518. 4. et Lugduni 1525. 4. — Gentilis Fulgini sive Fulginetto consilium contra pestilentiam. Expositionum in Avicennam cum textu. Lib. V. Venet. 1484. fol. — Diego de Torrea *medicinas preservativas y curativas de la pestilencia. Salamanca.* 1485. 4. — Valescus de Taranta tractatus de peste et epidemia. Patavii 1487. 4. Lugd. Batav. 1490. — Hieron. Baldinus *Instruktion oder Unterweisung wider die Pest. Memmingen* 1494. 8. — Kanuti regimen contra pestilentiam seu epidemiam. Lugd. 1498. 4. — Petrus Pintor aggregata sententiarum doctorum omnium da praeservatione et curatione pestilen-

11. Quae caeterum literatura potissimum a *seculo decimo sexto* orditur, quod tum instaurationi doctrinae Hippocratis, illius aevi aequali[122]), tum amplissimae opportunitati illum morbum observandi debetur[123]). Sub decursu enim totius seculi decimi sexti annum aut locum, quibus pestis pepercisset, incassum quaereres[124]). En conspectum pestium huc spectantium[125]) cum annexa *literatura*[126]). Secul. XVI.

tiae. Romae 1499. fol. — Hieron. Brunswich *Buch der Vergiftung der Pestilenz, das genannt ist der Gemeinsterbend der Drisenblattern. Strassburg* 1500.

122) Cfr. Conspectus histor. et literaturae.

123) „*Genug es ist Thatsache, dass ich kein Jahrhundert kenne, von welchem die Chronikenschreiber, die Aerzte und andere Schriftsteller so häufige Pesten aufgezeichnet hätten, als das sechzehnte.*" (K. Sprengel *Versuch einer pragmatischen Geschichte der Heilkunde. Halle* 1801. 3. *Th.* p. 125).

124) „Et est stupenda res. quod haec plaga nunquam totaliter cessat. sed omni anno regnat jam hic nunc alibi. de loco in locum de provincia in provinciam migrando. et si recedit aliquamdiu tamen post paucos annos et circuitum revertitur et juventutem interim natam in ipso flore pro parte majore amputat." (Jo. Lange chronic. Numburg. in Mencken. script. rer. German. Saxon. Vol. II. col. 88.).

125) A. 1502. *Aix en Provence* (Papon l. c. T. II. p. 282.); a. 1503. *Rhagusae* (Seraf. Razzi *storia di Ragusi.* — Frari l. c. p. 344.); a. 1504. *Massiliae* (Papon l. c.); a. 1506 — 7. in *Albania* (Marino Gondola *annali della nobilissima città di Ragusa.* a. 1507. — Frari l. c. p. 345.) et *Isenaci* (H. Tre-

bel

bel Hecatostichon elegiacum de peste Isenakensi. 1506. 4.); a. 1509. in *Carniolia* (Papon l. c.); a. 1510. in *Gallia*, speciatim *Parisiis* (Julius Palmarius l. citando.); a. 1511. *Byzantii* (Hieron. Fracastoro l. c.): a. 1513. *Cremae* (Francesco Guicciardini *storia d'Italia. Lib. XI.*); a. 1514. *Mediolani* (J. P. Arluno l. citando.); a. 1515. in *Germania* (Papon l. c. p. 283.); a. 1522—23—24. in *Italia*, praeprimis *Romae* et *Mediolani* (Guicciardini l. c. *Lib. XI. XII. XV.*) nec non *Rhagusae* et *Spalatri* (Frari l. c. p. 348.); a. 1525. juxta litora *Ticini* et *Padi* (Georg. Agricola l. citando.); a. 1526. *Anconae*, *Rhagusae* et *Spalatri* (Bajamonti *storia della peste della Dalmazia negl' anni* 1783—84. p. 137. — Frari l. c. p. 348—349.); a. 1527. *Florentiae* (Nicolò Machiavelli *descrizione della peste di Firenze dell' anno* 1527. v. *Proemio*) et *Romae* (Guicciardini l. c. Lib. XIX.); a. 1528. *Neapoli* (Giannone *storia delle guerre civili del regno di Napoli. Milano* 1822. *Vol. IX. libr.* 7. p. 181.), verbo ab anno 1522 ad 1529. in *universa Italia* (Guicciardini l. c.); a. 1529. in *Pannonia* et *Germania* (Gratiolo l. c.) nec non in *Dalmatia* (Frari l. c. p. 355.); a. 1531. in *Lusitania* (Gratiolo l. c.); a. 1533 et 1540. *Rhagusae* (Razzi l. c. p. 107. 236. — Frari l. c. p. 357.); a. 1540. in *Polonia* (Papon p. 285.); a. 1542. *Byzantii* (Kircher l. c.); a. 1543. *Stagno* (Frari l. c. p. 358.), *Pleskow* (Richter l. c. p. 271.); a. 1544. in *Anglia*, *Germania* e. c. *Bambergae* (Sixt. Kepser l. citando.) et *Belgio* (Papon l. c. p. 285.); a. 1546. in *Provincia Francogallica* (*Provence*) (Papon l. c.); a. 1547. *Byzantii* (Adami l. c. p. 155.); a. 1550. *Mediolani* (Papon l. c.); a. 1551. *Sebenici* (Frari l. c. p. 360.), *Torpati* (Brendenbach historia belli Livonici, in rer. Moscow. scriptor. p. 225.); a. 1552. in *Pannonia*, *Germania* et *Italia* (Adami l. c. p. 152.); a. 1553. in *Gallia*

Nar-

Narbonnensi (FR. VALERIOLA l. citando.); a. 1554. in *Transylvania* (PAPON l. c. p. 285.); a. 1555. *Pataviae* (JO. LANDI l. citando.); a. 1556. *Venetiis* (JOAN. FRANCESC. BOCCALINI l. citando.), *Patavii* (LUDOV. PASINUS l. citando.) et in *Dalmatia* (FRARI l. c. p. 362.); a. 1560. late per *Europam* (PEUCER l. citando. — PALMARIUS l. c.); a. 1561. *Pleskow* et *Nowogorod* (RICHTER l. c. p. 273.); a. 1564. in *Gallia meridionali* et *Sabaudia* (JOUBERT l. citando. — MURATORI l. c. T. I. cap. 1.), *Friburgi* in *Brisgovia* (SCHENK l. citando.) et *Londini* (ADAMI l. c.); a. 1565. *Hamburgi* (JOANN. BOCKELIUS l. citando.) et *Saragossae* (PORCEL SARDO *informacion y curácion de la peste di Saragossa. Saragossa* 1565.); a. 1566. *Vinariae* (ARNOLD KARNER l. citando.), *Polotzk*, *Luky*, *Toropetz* et *Smolensk* (RICHTER l. c. p. 275.) et in *Gallia* usque ad a. 1568. (PALMARIUS l. c. p. 316—416); a. 1570. in *Stiria* (constitut. edictal. ratione pestis eodem anno publicat. — FRARI l. c. p. 364.); a. 1571. in *Dalmatia* (FRARI l. c. p. 364.) et *Genevae* (ANTON. PEROLINUS l. citando.); a. 1572. in *Germania*, praecipue *Augustae Vindelicorum* (AGRICOLA l. citando.) et in *Polonia* (FRARI l. c. p. 365.); a. 1577. in *Belgio* (CORNEL. GEMMA l. citando.); a. 1575—77. *Tridenti* et in territorio *Veneto* (HIERON. MERCURIALIS, MASSARIA, CANOBBIO l. citandis. — PAPON l. c. p. 286. — FRARI l. c. p. 365.), *Mediolani* (LUD. SETTALA, BUGAT, ASCANIO DEGLI ORTENSI, CESARE RINCI l. citandis.) in *Sicilia* (PAPON l. c. p. 286.) et in *Rossia* (MILTON *history of Moscovia. Lond.* 1682. p. 96.); a. 1580—81. in *Provincia Francogallica* et *Massiliae* (PAPON l. c. p. 287.) atque in *Aegypto* (PROSPER ALPINUS de medicina Aegyptiorum); a. 1582. in *Bohemia* (RHAISTENE, JOANN. ROSSINI, ADAM. MATTHIADAE, JOANN. SELINO l. citandis.) et *Vindobonae* (PEZZE chron.); a. 1583. *Rupellae* (OLIVIER POUPART *conseil divin tou-*

chant

chant la maladie de la peste en la ville de Rochelle, Rochelle 1583); a. 1586. *Parisiis* (AMBR. PARAEUS et PALMARIUS l. citandis.); a. 1591. *Tridenti*, *Romae* (PAPON l. c. p. 288.), *Bari* (AMITA l. citando.) et *Brunsvigae* (MEIBOM script. rerum German. Vol. III. p. 279.); a. 1593. in *Anglia* (LEBENWALDT l. c.); a. 1596. *Limoges* (DAWID l. citando.) et *Hamburgi* (RODERICUS A CASTRO l. citando.); a. 1598. *Massiliae* (PAPON l. c.) et *Lisbonae* (LEBENWALDT l. c.); a. demum 1599. *Burdegalae* (PAPON l. c.).

126) JOANNES DE CONCORREZZO practica nova medicinae, Lucidarium et flos florum medicinae nuncupata. Cum summula de curis febrium secundum hodiernum modum et usum compilata. Venetiis 1501. Summul. cap. de febrib. pestil. — JOANN. SALICETTI liber de pestilentia et ejus fuga. Tubeng. 1501. 8. — PERLINC de pestilentia tractatus. Tub. 1501. 4. — SIMON PISTOR *Regiment wider die schwere und erschreckliche Krankheit der Pestilenz. Leipz.* 1501. 4. — THIBAUT ergo ut corporum diathesis ita pestis invadit. Paris. 1502. — GABR. PREZATI flagellum Dei. Partes duae, quarum prima de praeservatione, II. de cura pestis agit. Paviae 1504. (Vid. CALVI *scen. letterar. degli scrittori Bergamaschi* p. 175). — GUI DE CHAULIEU (CAULIACUS) chirurgia magna cum notis LAURENTII JOUBERTII. Lugd. 1505. Venetiis 1546. — PHILIPP. BEROALDUS de terrae motu et pestilentia cum annot. Galeni. Bonon. 1505. it. Paris. 1505. ut et Argentor. 1510. 4. — PETRUS DE BAYRO novum ac perutile opusculum de pestilentia, ejusdem praeservatione et curationum regimine. Taurin. 1507. 4. it. Paris. 1513. 8. nec non ejusdem tractatus: De medend. corporis humani malis enchiridion. Lugd. 1561. it. Basil. 1578. 8. — GUILIELM. AGGREGATORIS Brixiensis de peste, de consilio observando tempore pestilentiali ac etiam

de

de cura pestis tractatus. Venet. 1508. fol. — JOANN. VOCHS opusculum de omni pestilentia et de diuturna peste morbi Gallici. Magdeb. 1508. 4. iterum a JOANN. DRYANDERO editum. Coloniae Agrippinae. 1537. 8. — JOANN. SALIUS de praeservatione a pestilentia et ipsius cura opusculum non minus utile quam necessarium. Vienn. 1510. — PETRUS DE TAUSSIONANO consilium pro peste evitanda. Venet. 1513. it. 1522. — *Hessenkasslische Verordnung von* 1513. v. BALDINGER's *neues Magazin der Heilkunde.* 20. B. p. 273. — WILHELMUS BRUNELLUS prof. medic. de praeservatione et curatione pestis. Toulouse. 1513. 4. — JOANN. PETR. ARLUNO *descrizione della peste che ha regnato in Milano nel* 1514. — Celeberrimi atque acutissimi jureconsulti dom. Jo. FRANCISCI DE SANCTO-NAZARIO doctoris Papiensis: jura interpretantis in florenti Achademia Avenionensi ad cives Avenionenses de peste libri tres. Ad calcem legitur: Impressum fuit praesens opus in civitate Avenioni per solertem impressorem magistrum Johannem de Channey. (Anno Domini 1522, die 12. Septembris, cum privilegio.). — GABR. BIEL contra pestem sermo medicinalis, et de fuga pestis. Hagenov. 1515. 8. it. Antwerp. 1562. 4. Inter ejusdem sermones de tempore et sanctis. — HEINR. STRÖMER *Regimen, wie sich wider die Pestilenz zu verwahren, und denen, die damit begriffen, Hilfe zu reichen. Leipz.* 1516. 4. — J. ENGEL *Tractat von der Pestilenz. Augsburg* 1518. 4. — *Mag.* HUNDT *kurzer Regiment wider die erschröckliche Krankheit der Pestilenz. Leipz.* 1519. 8. — SIXTUS KOLBENSCHLAG *Regiment wider die Pestilenz. Nürnberg* 1519. 4. — J. LOTZER *Regimen und Ueberweisung, welchermassen den Menschen mit dem Gift der Pestilenz beladen mit Hülfe einer Arzney zu helfen sey. Hagenau* 1519. 4. — JOACH. VADIANI *kurzer und tröst-*

tröstlicher Unterricht wider die sorgliche Krankheit der Pestilenz. Basel 1519. — *Ein neu geordnet Regiment wider den tödtlichen Gepressten der Pestilenz in Reimen zusammengesetzt.* 1519. 4. — J. Stocker *Regiment für den Gepressten der Pestilenz. Nürnberg* 1520. 4. — Martin Steinbeiss antidotale praeservationis cum additionibus in epidemicum morbum. Viennae 1520. 4. — Joann. Benedetti libellus novus de causis et praeservatione pestilentiae. Cracoviae 1521. 4. — Angel. Decembrius de cognitione ac curatione pestis cum Joann. Baverii consiliis de morborum curationibus. Papiae 1521. fol. it. Argentorati 1542 et 1593. 4. — Petrus Ant. Rusticus tabulae de peste, febre pestilenti, igne persico. Papiae 1521. fol. — Steph. Nigri *Regiment zur Zeit der Pestilenz. Augsb.* 1521. 4. — Ambr. Jungen *Unterrichtung, wie man sich im Laufen der Pestilenz halten solle. Augsb.* 1521. 4. — Joh. Tannstetter *Regiment für den Lauf der Pestilenz. Wien* 1521. 4. — Joh. Salzmann *Regiment wider den Lauf der Pestilenz. Wien* 1521. 4. — *Ein Regiment zur Zeit der Pestilenz, an welchem ende dafür man aderlassen solle. Augsp.* 1521. 4. — Alex. Seitz *vom saturnischen Geschoss der Pestilenz.* 1521. 4. — Fr. de Nazario de peste. Lib. 3. Lugd. 1522. 4. — Vencesl. Peyer de cubitu. Consilium de peste. Appendix ad tractat. de thermis Caroli IV. Lips. 1522. 4. item 1614. 8. — Francisc. de S. Nazario Ripa de peste. Lib. III. Lugd. 1522. 4. Lips. 1598. 4. — Petr. Cartaoena *sermon en medicina para preservarse in tiempo dannado.* 1522. 4. — Ludovic. de Lucena de tuenda praesertim a peste interea valetudine deque hujus morbi remediis. Tolosae 1523. 4. — Jacob. de Dondis *consiglio contro la peste. Firenze* 1523. 8. — (Bartholomaeum Montagnanam, qui mortuus est a. 1525. scripsisse de pestilen-

stilentia ad ADRIANUM pontificem maximum, SCARDEONIUS in histor. gymnas. Patav. T. I. p. 298. testem se sistit). — PHILIPP ULSTADIUS tractatus de epidemia., Basil. 1526. 4. — BALTH. PEISLINGER *Regiment wider die schnelle Krankheit der Pestilenz.* 1527. 4. — CASP. KEPLER *vom nützlichen Regiment wider die Pestilenz und giftige Pestilenzfieber. Leipz.* 1529. 8. — RHASES sive RHASIS Abulk. Libellus de pestilentia ex interpretatione GEORG. VALLAE in lucem proditus cum Psellii Lib. II. de victus ratione. Basil. 1529. 8. item e graeco latinus redditus a NICOLAO MARCELLO. Venet. 1555. 4. — BARTHOL. GALERIUS epistola super morbos hoc tempore grassantes. Bonon. 1530. — ANTON. CARTAGNA de fascinatione et febri pestilentiali. Complusii 1530. fol. — LUC. ALBERTUS BODIANUS medicus Perugianus, de peste. 1530. vid. OLDOINI Athenaeum Augustum. p. 210 sq. — THEOB. FETTICH, *wie man sich vor der Krankheit der Pestilenz zu enthalten habe. Nürnb.* 1531. 4. — JACOB. DALECHAMP libri tres de peste. Lugd. 1533. it. ib. 1559. 12. — JACOB. GENGER consilium de pestis regimine, praeservatione et cura. August. Vindelic. 1534. 8. — ALEX. BENEDETTI (BENEDICTUS) liber de pestilentiae causis, praeservatione et auxiliorum materia, in ejusd. opere de re medica. Lib. I. Venet. 1535. fol. it. Basil. 1549. fol. ex emendatione MARC. HOPPERI. ib. 1572. fol. — CLEMENTIS CLEMENTINI Amerini, lucubrationes. Basil. 1535. 4. De signis pestis. p. 90. — ADOLPHUS OCCO II. edidit unà cum collegis JOH. TIEFFENBACH, GER. SEYLER et WOLFG. TALHEUSER, jussu magistratus: *Was die Pestilenz an ihr selbst sey, mit ihren Ursachen und Arzneyen.* 1535. 4. vid. BRUCKERI historiam vitae Occonum p. 34 sq. — MIGNOTYDI de peste libri tres. Mediolan. 1535. — NICOL. BERTRUTII, med. Bononiensis, tractatus de peste:

ste: in collectorium totius medicinae. Coloniae Agrippinae 1537. 4. — Jo. Eichmann opusculum de omni pestilentia, seu de aëre corrupto, seu ab aquis putridis, aut a cadaveribus. Colon. 1537. 8. — Franc. Emmerich medicor. auxilior. dexter usus, ad veram Hippocratis et Galeni mentem. Norimberg. 1537. 4. Versio germ. part. ad pestem spectantis: *Rathschlag zur Verhüthung pestilenzischer Ansteckung. Wien* 1554. 4. — Cornel. Agrippa constra pestem antidota securissima. Lugd. 1538. 8. item cum Petri Poterii cent. curationum et singularium observationum. Colon. Agr. 1625. 12. — Matth. Visconti regimen constra pestem. Venet. 1538. 8. — Wilh. Varignana secreta sublimia ad varios curandos morbos verissimis auctoritatibus illustrata. Lugd. 1539. 4. Tract. 2 et 3. Serm. 2 et 3. — Roberti Gropretii (etiam scribitur Cropetus) tractatus de peste et regimen sanitatis. Parisiis 1539. 4. — Sebald. Busch regimen pro pestilentia scriptum. Erford. 1540. 4. — Christ. Hegendorff antidotus contra pestilentiam. Lips. 1540. 4. — Herm. Riffus de victus ratione et curatione tempore pestis. Francf. 1540. fol. — Nicol. Massa de febre pestilentiali, petechiis et morbillis. Venet. 1540. it. 1556. 4. — Joh. Guintherus de victus et medendi ratione tum alio, tum pestilentiae maxime tempore observanda. Argent. 1542. 8. — Andr. a Lacuna compendium curationis praecautionisque morbi passim populariter grassantis, i. e. febris pestilentialis. Argentinae 1542. 8. — J. Sturz *tröstliches u. nützliches Regiment vor der Pest.* 1542. 4. — *Unterweisung, wie sich der Mensch wider die Pestilenz bewahren und Hülfe reichen mag, aus dem Regimen* H. Strömers. *Leipz.* 1542. 4. — Martini Siennik opusculum de peste. Pro coronidi adjunctum est herbario edito Cracoviae 1542. — Andreas Kobylinen-

d'un Lazzaretto. Napoli 1819. 8. — Gräberg l. c. — Enrico di Volmar *Erfahrungen über die Pest, ihre Erkenntniss, Mittheilungsart u. Heilung, während eines vierzehnjährigen Aufenthalts in Egypten gesammelt.* (Hufeland's *Journ. d. pr. Heilkunde.* 1819. *December.* 1825. *September*). — Faulkner l. c. — Fodéré *dict. des sciences médicales. Articl. Peste. T. XLI.* p. 72. — L. Frank l. c. — G. Passeri l. c. — A. F. Chomel *des fièvres et des maladies pestilentielles. Paris* 1821. — John Hancock *researches into the laws and phenomena of pestilence; including a medical sketch and review of the plague of London* 1665, *London* 1821. — G. G. Lafont Gonzi *caractères propres, préservatifs et remèdes des contagions pestilentielles. Toulouse* 1821. 8. — Tully l. c. — Martin de Saint-Genlis *manuel préservatif et curatif de la peste, suivi d'un précis sur la fièvre jaune. Lyon.* 1822. — G. F. Sick *kritische Beleuchtung und Würdigung der europäischen Pestkrankheiten fremden Ursprungs, mit absichtlicher Hinweisung auf eine neue sichere und rationelle Pesttilgungsmethode, nebst einer komparativen Zusammenstellung der orientalischen Rinder- und der orientalischen Menschenpest. Leipzig* 1822. — Diss. medico-historica exhibens brevem pestium regni Bohemiae historiam. Auctore Franc. Julio Kozdera. Vindob. 1825.

188) „*Offizielle Nachrichten aus Bukurest und Jassy vom* 24. *und* 26. *December lauten höchst beunruhigend über den dortigen öffentlichen Gesundheitszustand, da das Umsichgreifen des Pestübels in den beiden Fürsten-*

Fulminis tunc instar sanissimos interficit homines[1]), loquentes, incedentes[2]), munia exercentes[3]),

thümern sowohl, als in den benachbarten ottomannischen Provinzen, einen ernsthaften Charakter anzunehmen droht. — Laut ämtlichen zu Bukurest eingelaufenen Anzeigen der wallachischen Distriktsbehörden waren im Laufe des vorigen December-Monats bereits zwölf Dörfer, wie auch die Stadt Rimnik, von der Seuche heimgesucht, die überall mehrere Menschen hinweggerafft hatte; in Ruschtschuk und Braila haben sich mehrere Sterbefalle durch die Pest ergeben, in Sistow und Silistria herrscht sie fortwährend und auf der dem Orte Jurtukoj gegenüber liegenden Donau-Insel sind, mit Ausnahme der beym Ausbruch des Uebels entflohenen Inselbewohner, alle Zurückgebliebenen bis auf einen Mann hinweggerafft worden. — Während man in Bukurest hierüber in äusserster Unruhe schwebt, haben sich gegen Ende Decembers in Jassy selbst bereits Spuren der Seuche gezeigt; einige in der Vorstadt Tatarasch schnell auf einander folgende Sterbefalle hatten die Aufmerksamkeit der Regierung rege gemacht; es ward eine Sanitäts-Commission niedergesetzt, welche die Untersuchung der Kranken an Ort und Stelle selbst einleitete, und das Uebel einstimmig als die wahre Pest erklärte. Laut näheren Nachforschungen ward der Keim der Ansteckung durch einen aus Fokschan nach Jassy gekommenen Moldauer dahin verpflanzt, obschon in Fokschan selbst einige Pestverdächtige Todesfalle keine weitere Folge hatten." (*Oesterreich. Beobachter* 1828. *Jänner. No.* 7.).

1) Papon (op. c. T. I. p. 195.) de peste urbis *Digne* a. 1629. ait: „. . . *il y eut beaucoup de personnes qui moururent subitement, sans avoir donné aucun*

tes [3]), comedentes et bibentes [4]), lectum intrantes [5]), dormientes [6]). Alias morbus lassitudine, de-

signe de maladie." — Hercules Saxonia (Prax. lib. II. sect. 2. cap. 3.) ait: „Hinc fit in peste non raro homines, integrâ valetudine fruentes et sanorum omnia munia obeuntes, momento temporis, quasi fulmine percussos cadere et interire."

2) Valleriola (loc. comm. lib. III. c. 18. p. 773.) scribit tempore pestilentis anni 1534 in Gallia Narbonnensi hujusmodi mortes saepius visas esse, immò nonnullos *loquentes* ac *incedentes*, repente, quasi fulmine ictos concidisse. Cfr. Longinus historia Poloniae. Lib. II. col. 96. — Schenk lib. VI. p. 795. — Massaria l. c. p. 6.

3) Alexander Benedictus (l. c. cap. 2.) sic scribit: „Hoc malum miserabile mortalibus ita evenit subito, ut plurimi sine febre, inter *domesticas et forenses actiones*, decem horarum spatio, quidam viginti sine urinae pulsusque certo signo, in templis, in via, ex insperato raperentur." — Giannoni (l. c.) de peste a. 1656. *Neapoli* grassante narrat: „*Da capogiri assaliti taluni, che camminavano per la città, vedevansi improviso cader morti in mezzo alle piazze.*"

4) Follinus (Amulet. cap. 16.) refert a. 1502. Bruxellis tam crudelem saeviisse pestem, quâ homines *laeto convivio assidentes* inter *calicem supremaque labra* tanquam percussi fulgure, protinus exspirarunt.

5) Vigente peste Lugdunensi a. 1628—29. (Papon l. c. T. I. p. 169).

6) „Brevi ante adventum meum Jassiae, duo milites, ad horreum quoddam in suburbio, ubi vestimenta post demortuos ex peste, asservabantur, excubias agentes, de vi contagii minime solliciti, acervo huic

debilitate, languore, torpore[7]), indifferentia *), anxietate, pulsu evanescente[8]), ingruit[9]). Aegri omnes capitis saevo dolore et vertigine[10]) invaduntur[11]). Capitis iste dolor (molestissimum interdum

indormierunt et post paucas horas mortui inventi fuerunt." (ORRAEUS l. c. p. 72).

7) SCHRAUD op. c. 2. *B.* p. 56. („*ein dummes Anstaunen der Umstehenden.*") — GROHMANN l. c. p. 26. („. . . *ein Abgestumpftseyn der innern und äussern Sinne.*")

*) GROHMANN l. c. („*Sie sind auf einmal kalt, passiv, still, und ihr Blick, der trübe und glanzlos ist, verräth Gedankenlosigkeit.*")

8) VINARIUS l. c. — PAPON (l. c. p. 107.) de peste circa medietatem seculi XIV. in Gallia saeviente refert: „*elle étoit toujours précédée de lassitude, de foiblesses, de langueurs; le pouls se dérangeoit aux premières impressions du mal, se concentroit et se déroboit pour ainsi dire au toucher.*"

9) „*Eine weisse Zunge, Bitterkeit im Munde, Veränderung der Gesichtsfarbe, Abartung der Gemüthsbewegungen, ungewöhnliche Bangigkeit und Sorge für die Erhaltung des Lebens, waren Kennzeichen, aus denen Arzt* BUDAY *den nahen Ausbruch derselben (Pest) ankündigen zu können erfahren hat.*" SCHRAUD l. c. 2. *B.* p. 49.

10) „. . . *Schwindel* . . . *ist ein wesentlicher, allenthalben sich äussernder Zufall der Pest.*" (SCHRAUD l. c. 2. *B.* p. 56.) „*Er ist zuweilen so heftig, dass der Kranke unmöglich, ohne zu fallen, auf den Füssen sich erhalten kann.*" (GROHMANN l. c. p. 32).

11) Nullam saltem pestis epidemiam perlegi, quin bina haec symptomata commemorata invenerim.

terdum pestium[12]) symptoma) obtusus[13]), acutus, nunc universalis, nunc partialis[14]) est. Plurimi summam ac repentinam *virium jacturam* experiuntur; at certe non omnes! Sunt enim haud pauci, qui, etsi peste omnibus numeris absolutâ detenti, nihilominus gressus instituere muneraque exercere valent[15]). Ad hos praecipue ii amandandi

12) In Parisiensi a. 1568. (Palmarius l. c. p. 316. 416.) In Massiliensi a. 1720. (Papon l. c.).

13) In epidemia a. 1629. Digne observata; item in Noviomagensi a. 1636.

14) In epidemia Florentina a. 1630. aegroti potissimum de dolore *inter supercilia* saeviente conquerebantur, teste Rondinelli l. c.

15) Forestus (Lib. VI. observ. 10.) inquit: „Vidimus anthracem habentes in membris ignobilioribus, sine febre, *qui et vix decumbebant.*" — „Ego ipsemet (ait Diemerbroeckius l. c. lib. I. cap. 12.) carbunculum pestilentem magnum in manu sinistra habui, sine ulla febre, *imo sine ullo sanitatis dispendio.*" — In peste *Skochay* de custode aegrorum narratur (l. c. p. 283.), qui sub toto morbi sui decursu vires habebat, propria munera perficiendi. Memoratu digna hoc sub respectu sunt verba Orraei (l. c. p. 74.): „Jassiam proficiscens, in ea sententia firmiter stabam, pestem nil aliud, quam febrem malignam putridissimam esse, nec aliam, praelectiones praeceptoris Schreiberi, loimographorum certe non infimi, et lectio authorum, mihi suppeditare potuerunt. Quantum vero obstupui! dum illico post adventum, non simplicem morbum, sed typos unius ejusdemque luis diversissimos, et sibi vix assimilandos, animadverterem. Nam, multos,

dandi qui febre destituuntur. Apyrexia enim (saltem quatenus ex pulsu[16]) definitur) plurimis familiaris est[17]), inprimis a morbi initio[18]). Ocyus autem serius *febris*, modo vehemens et veluti continens[19]), alias remissionibus conspicuis stipata[20]), evolvitur[21]). Orditur a *horrore*, saepe e dorsi regione

bubonibus et carbunculis insignitos, *sanorum instar obambulare*, *et munia sua obire;* alios febre quasi maligna, sine symptomatis admodum gravibus, jam per plures dies continuante, decumbere vidi; dum alii iterum, multum intensius, tanquam synocho simplici febricitantes, breviori intervallo, aut emorerentur, aut convalescerent; nonnulli denique ex improviso adorti, quam ocyssime e vivis discedebant."

16) Scribit Forestus (l. c.) in peste Delphica interdum per *totum morbi decursum* nonnullos probum pulsum habuisse.

17) Alex. Massaria (l. c. lib. II.) his verbis utitur: „In nostra peste, non solum nostro, sed et aliorum hominum testimonio, sine ulla febre plerique interierunt." Idem testantur Salius Diversus (l. c. c. 5. p. 18.), Mercurialis (de febre l. 3. cap. 17.) et Orraeus qui (l. c. p. 71.) ait: „ex numerosis observationibus enata reflexio me plenarie convicit, febrem ad essentiam ejus (pestis) haud pertinere.

18) Diemerbroeck (l. c.) inquit: „Observavi etiam in multis aegris peste jam correptis, *non nisi post viginti, vel triginta, pluresve ab invasione pestis horas, febrem incepisse.*"

19) Sic in epidemia Daniae a. 1654—55.

20) Sic in epidemia Arlensi a. 1564.

21) Se nullum pestis sine febre exemplum vidisse testatur Grohmann l. c. p. 90.

gione proficiscente [22]), nunc brevi, interdum forti [23]). Subsequitur acerrimus *aestus* imprimis praecordiorum [24]), aliarumque partium internarum [25]), corpore externo saepe ad tactum mite calente vel frigidiusculo [26]). *Pulsus* validus, interdum debilis, ac in nonnullis intermittens, in multis valde parvus et creber, modo aequalis, modo inaequalis [27]). Pauci plerumque *sudores* [28]). Crescente de hora

22) Grohmann (l. c. p. 84.) ait: „*Meistens ist es nur ein Frösteln oder Schauer.*" . . . *Der Frost geht immer vom Rückgrath aus.*"

23) Roch l. c. obs. I. sanatorum. p. 71. — „Vidi quos horror per decem horas vexavit, dum in aliis vix unicam perduraverit." (Orraeus l. c. p. 91).

24) Summus erat *calor praecordiorum* in epidemia Romana a. 1656.

25) Deguignes l. c. p. 226. De aestu interno maxime conquerebantur aegroti in epidemiâ Ukrainae a Schreiber descriptâ.

26) „Calor vix in ulla febre tam mitis obvenit, imo saepe in progressu morbi saltem quoad externam corporis superficiem, exulare videtur." (Orraeus l. c. p. 91).

27) In peste Montispessulana a. 1629. pulsus in principio morbi erat regularis, sed deinde fiebat parvus, debilis, frequens et irregularis.

28) Ad phaenomena pestis *Montispessulanae* a. 1629. raro sudores spectabant. Contra *Diniae* eodem anno communes erant. In peste *Jassiae* et *Moscuae* a. 1770—72. sudores, arte eliciti, acidum spirabant, et tanta viscositate praediti erant, ut sordes grassas, furfuribus comparandas, relinquerent. (Orraeus l. c. p. 87).

hora in horam anxietate, pectoris angustia et jactatio accedunt[29]. Urgent pro re nata vigiliae, coma[30], somnia terrifica[31], pavores[32], visiones spectrorum[33], et, paucissimis epidemiis exceptis[34], *deliria*, modo placida[35], modo furibunda[36]. Nonnulli autem usque ad interitum mentis

29) Joubert (l. c.) „plerisque, inquit, maxima est inquietudo, ob aestum et pectoris, qua premuntur, angustiam . . . . . unde fit, ut nusquam consistere valeant, huc atque illuc agitati, et in lecto se dimovere impotentes, velamenta abjiciant."

30) Lugduni a. 1628 — 29. alii coma, alii vigilias exhibuere.

31) Procopius l. c. — „*Le navigateur voyoit des tempêtes affreuses; le militaire, des combats; l'habitant des montagnes, des précipices et des bêtes feroces; le marchand, des voleurs etc.*" (Papon l. c. T. I. p. 87).

32) In peste a Procopio descripta aegroti fugiebant ad ecclesias aut sese propriis includebant cubiculis, ac si malevoli illos insectarentur.

33) Procopius l. c.

34) Diemerbroeck (l. c. lib. I. cap. VII. §. 5.) „delirium, inquit, in peste frequentissimum esse solet; in hac tamen nostra peste illud *rarius* erat."

35) Gemma l. c. (In peste Belgii a. 1574 — 77.; passim et deliria furibunda).

36) In peste a Procopio notata, aegroti ferociter delirantes in campis vagabant, seseque per fenestras praecipitabant. De deliriis phreneticis testatur quoque Palmarius l. c. — De peste *Diniae* a. 1629. ait Papon (l. c. T. I. p. 195.): „*on vit un malade sortir subitement de son lit, grimper le long des murs de sa maison, monter sur le toit et faire voler les tuiles dans*

tis omnino compotes manent[37]. Haud pauci nisum ad suicidium[38], praesertim aquae aviditatem denotantem[39] experiuntur. Quidam veneris desiderio

la rue. Un autre étant monté sur un toit par le moyen d'une échelle, y dansa quelque temps, descendit ensuite, courut partout, jusqu'à ce que s'étant presenté au corps de garde il fut tué d'un coup de fusil." et (p. 197.): „*un malheureux père jeta par la fenêtre son fils encore au berceau.*" De peste *Ukrainae* a. 1738—39. scribit SCHREIBER (l. c.): „Nonnulli aegrotare inceperunt cum anxietatibus, rubore vultus ac *tantis deliriis, ut furibundi fierent.*"

37) In peste *Diniam* a. 1629. affligente: „*Ceux d'entre les malades, qui avoient le plus de pudeur s'envelopoient eux mêmes dans un drap, quand ils sentoient approcher leur dernière heure, pour ne pas être enterrés tout nus.*" (PAPON l. c.) — In peste *Patavii* a. 1630. grassante poëta OTTAVIO SALGHIERI duabus ante mortem horis adhuc versus composuit.

38) Teste BUGATI (l. c.) vigente peste Mediolanensi a. 1577. impulsus ad destructionem sui ipsius praesertim *inter feminas* observatus est. Pro mali caussa timor nosocomii habebatur, quippe vestibus ibi aegrotae spoliari debuerunt. Jussu supremo suicidas nudas in plateis exponendi, suicidia tandem cessarunt. Copiosa praeterea erant suicidia in peste Patavii a. 1630. grassante. Item in Danicâ a. 1654—55. et quidem saepe laquei ope.

39) Jam PROCOPIO teste plurimi aegrotorum sese conjiciebant in mare. Familiare aquae aviditas symptoma constituebat pestis a. 1482—83. in Galliâ grassantis, ita, ut asserente BRIET permulti aegroti tum in puteos, tum in flumina se praecipitarint. Tempore

siderio flagrant[40]. Vultus (interdum tumidi[41]), color aliis pallidus, aliis lividus[42]) aliis pinguis*), aliis accensus[43]), plurimis normalis[44]). Et risus sardonicus observatus est[45]). Oculi micantes, feroces, ardentes, prominentes et rubri[46]); quandoque flavi[47]), retracti, languidi, rubore et splendore destituti[48]) atque lacrymantes[49]).

pestis Daniae a. 1654. plurimi maris undis se tradiderunt.

40) „*Un troisième échappa de l'hôpital, vola chez sa femme, qui eût la foiblesse de se prêter à ses desirs et ils moururent l'un et l'autre dans leurs embrassemens.*" (Papon l. c. p. 195—96).

41) Procopius l. c.

42) In peste Massiliensi a. 1720.

*) „Tempore pestis, non raro tales in conspectum veniunt, quibus *facies tanquam butyro vel oleo* illinita resplendet." (Orraeus l. c. p. 77).

43) Romae a. 1656.

44) Diemerbroeck l. c. lib. I. cap. VII.

45) Paré l. c.

46) „Signum hoc (*rubor oculorum*) vulgi pathognomonicum nuncupari potest; nam qui unicum saltem infectum attente adspexerit, jam postea ex adspectu solo, in diagnosi hujus pestis speciei (*acutae*), vix hallucinetur. . . Oculi nempe insolite prominentes, venis justo copiosioribus in tunica albuginea sanguine turgescentibus insignitâ, hinc rubore praeternaturali affecti, suspicionem mali deplorabilis haud fallacem incutiunt." (Orraeus l. c. p. 109).

47) Passeri l. c. (in permultis aegrotis).

48) „Nos tamen in furiosissima hac peste *rubores ocu-*

tes[49]). Interdum palpebrae superiores vix attolli queunt[50]). Visus turbidus. Aurium tinnitus et in nonnullis surditas[51]). Crebra epistaxis[52]). Nec rarus tumor parotidis[53]). Halitus oris[54]) et cutis[55]) foetentes. *Sitis* modo inexplebilis[56]), modo nulla[57]). Idem de ciborum desiderio valet[58]).

Linlorum in paucissimis observare potuimus." (DIEMERBROECK l. c. lib. I. cap. VII. §. 7.).

49) Massiliae c. 1720. 50) Massiliae a. 1720.

51) SCHRAUD l. c. 2. *Th.* p. 56.

52) In peste a. 1564. de qua SOHENK (l. c.) et in Massiliensi a. 1720. Sanguis hic erat seroaus; contra in peste Sirmiensi a. 1795. in placentam totus coalescebat. (GELLEI apud SCHRAUD l. c. p. 81). Cfr. COUZIER *letter, concerning a new experiment made with the blood of a person dead of the plague.* In: *Philos. transact. y.* 1722. p. 103.

53) PROCOPIUS l. c. CHENOT l. c. p. 3. PFISTERER l. c. p. 238. 251. 261.

54) RICHTER l. c.

55) „*Bestimmt behauptet Arzt* BUDAY, *dass Pestkranke einen eigenen Geruch aushauchen: . . . er sey nicht unangenehm, so lange er nicht angehäuft ist; . . . derselbe Geruch entwickle sich auch aus angesteckten Kleidern, wenn man sie der Luft aussetzet.*" SCHRAUD l. c. 2. *B.* p. 16.

56) Digne a. 1629. Romae et Genuae a. 1656.

57) RONDELETUS (l. c.) sitim pro symptomate a peste inseparabili habet: „Nec tamen, ait DIEMERBROECK (l. c. lib. I. cap. VII. §. 11.) multos etiam *absque siti* peste laborasse et extinctos fuisse, vidimus." Idem jam VALLERIOLA (enarr. med. lib. III. cap. 1. p. 312.) in peste quae a. 1564. Arlesii contigit, observavit.

*Lingua**) alba [59], rubra, viridescens [60], nigra [61], tremula [62], sicca, sulcata, interdum oblique exerta [63]. Ptyalismus [64]. Aphthae [65]. *Fauces* interdum coccineae [66]. Vox rauca [67]. Loquacitas [68].

58) Teste Procopio alii cibos recusabant, alii illos devorabant. De peste Lugdunensi a. 1628—29. ait Papon (l. c. T. I. p. 169.): „*Il y en avoit qui passoient six à sept jours sans nourriture; tandis que d'autres éprouvèrent une faim devorante.*" De aegroto peste laborante ait Passeri (l. c. p. 30.) „*non gli mancava nè gli mancò mai l'appetito, che tutti giorni si mangiava delle belle minestre di riso.*"

*) „*Alteratio linguae*, in nullo morbo tam subitanea et notabilis existit, ac in peste." (Orraeus l. c. p. 79).

59) „. . . *Die Zunge sieht wie mit Kalk übertüncht aus.*" (Buday apud Schraud l. c. 2. *Th.* p. 57.) Magni hoc symptoma facit Grohmann (l. c. p. 82. 95—97).

60) Gemma l. c.

61) Quercetanus (in pest. Alex.) inter certiora signa etiam *nigredinem linguae* numerat. Eam raro observavit Diemerbroeck (l. c. cap. VII. §. 8.). — In peste Romana a. 1656. lingua ex albo nigricans conspiciebatur.

62) Grohmann l. c. p. 33.

63) In peste Nojae grassante linguae oblique exertae apicem ad latus ubi bubones prorumpunt vergere, observatum est. (Schönberg l. c. p. 63. 69).

64) Buday apud Schraud l. c. 2. *B.* p. 58. — Pfisterer l. c. p. 259.

65) Montispessulani a. 1629.

66) In peste de qua Procopius narrat.

67) Digne a. 1629.

tas [68]). Balbuties [69]). Quandoque tussis [70]); pectoris [71]) et scapularum [72]) dolor, haemoptoe [73]). Communissimae nauseae, vomituritio et vomitus [74]), nunc biliosus [75]), nunc cruentus [76]). Alvus interdum clausa [77]), longe saepius diarrhoea [78]), fecibus foetidissimis, flavis [79]), nigris, cruentis [80]), biliosis [81]), ci-

68) Schraud l. c. 2. B. p. 56. (*oft eine beschleunigte Sprache*).

69) Plurimi in peste a Procopio descripta.

70) Vinarius l. c.

71) Deguiones l. c. p. 226. — Cfr. J. G. Bötticher Virginis peste infectae costae ambae ex doloribus enormibus relaxatae. Acta acad. nat. cur. Vol. 7. p. 65.

72) Richter l. c.

73) Deguiones l. c. — Barnes l. c. Praecipue pesti *Diniae* a. 1629. sputa cruenta familiaria erant.

74) Ad symptomata vix non omni pesti propria spectant.

75) In peste a. 1564. *Arles* depopulante vomitus effrenis materiei viridescentis ad symptomata principalia spectabat. Item in peste Lugdunensi a. 1628—29.; — in Montispessulana et Diniana a. 1629. in Romana et Genuensi a. 1656. — in Massil. a. 1720.

76) Procopius l. c.

77) In peste Brunswig. a. 1657. observatâ et a Gieselero descriptâ l. c. Item in Jassiensi ab Orraeo l. c. p. 93.

78) Evagrius l. c. Crebro diarrhoea obveniebat in peste Lugdunensi a. 1628—29. — Schraud diarrhoeam maxime pesti aestivae familiarem esse observavit. (l. c. 2. B. p. 58).

79) Forestus (l. c.) istis in fecibus aliquando quippiam simile ovo foetido aqua diluto apparere vidit.

cinereis, glutinosis[82]. Vermium dejectio[83]. Abdomen, praecipue hypochondria tensa[84]. Singultus[85], cardialgia[86], colica[87]. *Urinae* igneae, cruentae[88], alias tenues, crudae, vel et sanorum lotio similes. Lumbago atrox[89]. Haud raro ardor sub mictu[90]. Catamenia saepe exuberan-

80) Dysenteriae symptomata VALLERIOLA (l. c.) in peste a. 1564. Arlesii conspexit.

81) Montispessulani a. 1629.

82) SENNERTUS (l. c.) exigua quaedam glutinosa corpuscula, modo albi, modo crocei, modo viridis coloris, in fecibus peste laborantium observavit.

83) Sic docet pestis Montispessulana a. 1629 et illa Massiliensis, de qua PAPON (l. c. T. I. p. 225.) scribit: „*Les malades rejettoient une quantité de vers par le haut et par le bas.*"

84) VINARIUS (l. c.) hoc symptoma sub ipsa diarrhoea conspexit. Familiare illud erat in peste Massiliensi a. 1720. Regio lienis praecipue tumebat in peste a VALLERIOL. descriptâ. In illa Jassiae talis abdominis inflatio observabatur, qualis ex retentis post partum lochiis saepe animadvertitur. (ORRAEUS l. c. p. 93.)

85) A. 1564. *Arlesii;* item *Tuneti* (PASSERI l. c. p. 21).

86) Ferox erat in peste a. 1427. de qua RICHTER l. c. item in Arlesiana a. 1564. et in Romana a. 1656.

87) „*Manchmal sind es selbst die Brust oder der Unterleib, wo sich jene reissenden Schmerzen äussern.*" SCHRAUD (op. c. 2. *Th.* p. 59.).

88) Romae et Genuae a. 1656.

89) In peste Lugdunensi a. 1628—29. In illa Daniae a. 1654—55 dolor a lumbis ad crus sinistrum descendebat.

90) PARÉ l. c. Aegri *Diniae* a. 1629. *de dysuria* fre-

uberantia. Artuum apud multos cruciatus intolerabiles[91]). Item jactationes[92]), convulsivi subsultus et quasi leves contractiones membrorum[93]). Quandoque verae *convulsiones*[94]), *lipothymiae*[95]) et *asphyxiae*[96]).

2. Mor-

quenter conquerebantur. Idem *Jassiae* et *Moscuae* ab Orraeo (l. c. p. 77.) observatum est.

91) In peste Transylvaniae a. 1554 dolores artuum adeo atroces erant, ut aegri carnes brachiorum et manuum dentibus laceraverint, atque unus in alterum saevierit (Lebenwaldt ad Fincelium). — In peste Romana a. 1656 aegroti ejulatus edebant ac si illis viscera exstirparentur. Orraeus (l. c. p. 76.) hos dolores varios corporis partes pervolare asserit, illosque cum concussionibus electricis comparat. Teste Schraud (op. c. 2. *Th.* p. 58.) dolores potissimum iis in partibus in quibus exanthemata pesti propria eruptura sunt, obveniunt.

92) Schraud op. c. 2. *Th.* p. 56. („*Ungewöhnliche Raschheit der Bewegungen.*").

93) Diemerbroeck l. c. lib. I. cap. VII.

94) Valleriola l. c. In peste Diniae a. 1629. plurimi convulsionibus tentati fuere. Item in peste a Grohmann descriptâ (l. c. p. 33.).

95) Valleriola l. c. Crebrae lypothymiae erant in peste Lugdunensi a. 1628—29. Observata fuere etiam in Tunetina. (Passeri l. c. p. 27.).

96) Papon (l. c. T. I. p. 197.) de peste a. 1629 Diniae grassante ait: „*Des personnes qu'on avoit portées à la fosse où l'on enterroit les morts, donnèrent après quelques jours des signes de vie: il y en eut, qui reprirent leurs sens dans la bière, ou dans le char, sur lequel on les portoit.*"

Continuatio argumenti.

2. Morbus symptomatibus hucusque allatis stipatus, curriculum suum spatio modo trium, quatuor horarum 97), modo nychthemeri unius alteriusve 98), modo quinque, sex, septem, octo et ultra dierum 99) absolvit, accedentibus indeterminato tempore *bubonibus*, *anthracibus*, *carbunculis*, variisque *exanthematibus*.

Bubo pestilentialis.

3. *Bubo pestilentialis* est tumor earum glandularum, quae sitae sunt in inguinibus, sub axillis, in collo 100) et retro aures 101), vix aliarum 102). Par-

97) §. III. No. 1.

98) *Massiliae* a. 1720 morbus saepe spatio triginta horarum, alias tertio die finem attigerat.

99) *Avinioni* seculo XIV. forma pestis gravior inter tres, altera levior, inter 5 dies necabat. (Guy a Chauliac l. c.). Orraeus (l. c. p. 73.) *pestem*, „quae periodum infectionis, praesertim longius protractam communiter excipit, et tum lenitate symptomatum apparente, tum decursu longiore, febres malignas, inprimis petechiales aemulatur," *lentam* vocat; reliquasque pestes pro re nata *acutissimas* et *acutas*.

100) In peste seculi XIV bubones *collum* axillas et inguina adgrediebantur. (Barnes l. c.).

101) De bubonibus retro *aures* testatur Vinarius l. c.

102) Zacutus Lusitanus (Prax. admirab. lib. III. obs. 28.) refert, se in magna quadam peste, non tantum in dictis locis, sed *in aliis quoque corporis partibus* bubones vidisse multos. Respondet vero Diemerbroeck (l. c. lib. I. cap. XIV.): „Ille haec scribat quousque velit, ego tamen, qui mihi ipsi non peperci in praxi pestiferorum sedulo peragenda et solus in peste plus vidi et inquisivi, quam fortasse sex Zacuti viderunt,

Partis adfectae tensio [103]), vibratio [104]) et dolor (interdum solum sub compressione percipiendus [105])) saepe bubonis eruptionem praecedunt; ipsa autem eruptio incerto tempore contingit, videlicet nunc a primo morbi initio [106]), nunc sub illius incremento et acme, nunc sub ipsa convalescentia [107]). Bubones hujusmodi variam habent magnitudinem. Minimi ambitum amygdalarum, maximi illum ovi gallinacei adaequant. Utplurimum duo observantur bubones; interdum unus, rarius plures. Bubones quidam citissime maturitatem (et quidem sub maximis doloribus) adipiscuntur; alii vix nati jam iterum eva-

vel videre ausi fuissent, ego dico, nihil hujusmodi unquam reperire potui."

103) De tensione et dolore urente sub axillis et ad inguina plurimi aegri à D. Roch observati conquerebantur (l. c.); ita apud Grohmann l. c. p. 51.

104) „Fuerunt inter hos, qui intra harum alternationum moram, vagas, versus inguina, axillas, parotides persentiebant *vibrationes*." Chenot l. c. p. 59.

105) Chenot de se ipso narrat (l. c. p. 13.) „. . . dum sedendi ergo femora flecto, dolorem in inguine dextro valde lenem percipio, quum gradiens non sentierim." Et Pfisterer de aegra narrat, quae fugato bubone sub axilla, hic dolorem sub elevatione brachii persentiebat (l. c. p. 255.).

106) Ante febris evolutionem (Pugnet, Lernet). In peste, cujus meminit Barnes (l. c. p. 432.) morbus cum bubonibus sub axillis incepit.

107) Lernet l. c.

evanescunt, aut in statu duritiei relinquuntur. Qui uno in loco evanescunt, hinc inde brevi post, in alio in conspectum veniunt. Cutis, quae bubones ad suppurationem proclives cooperit, plerumque rubra est[108]). Pus, quod disruptus bubo largitur, potius saniem refert. Interdum puris vel saniei loco sanguis niger inde manat[109]). Suppuratio integumenta depascit, relicto fundo spongioso ulceris, qui felici in casu a natura separatur expelliturque, praevio interdum pruritu[110]), superstite evidente, ad basin amplâ durâque cicatrice[111]). Bubones ad gangraenam vergentes, rubore livido notati cernuntur. Brevi, tensione, elasticitate et dolore orbati, sphacelum exhibent[112]).

Anthrax pestilentialis. 4. *Anthrax pestilentialis*[113]) est *macula* rubra, summum excitans dolorem, latitudinis trium vel quatuor digitorum, scapulas, dorsum et inguina occupans, quae nisi resolvatur in gangraenam

108) *Tunc solum* bubo pro tumore inflammatorio definiri potest.

109) Passeri l. c. p. 23.

110) Roch l. c. p. 83.

111) Grohmann l. c. p. 54.

112) In peste a Procopio descripta, dum bubones in gangraenam abierunt, crurum exsiccatio observabatur.

113) „Arabibus vocatur *Ignis sacer*, Ignis *Persicus* et *Pruna*, quia extrinsecus adspectu non male refert exustionem cum pruna ignitâ factam. Diemerbroeck (l. c. lib. I. cap. XIV. §. 4.).

nam transit. Hoc in casu malum ad musculos usque serpit.

5. *Carbunculus pestilentialis* sistit *vesiculam*, utplurimum ab exili pustula magnitudinis milii, interdum a plurimis hujusmodi pustulis simul junctis, ortam[114]). Vesicula haec sero albo fusco, cinereo aut nigricante plena est neque caret dolore. In ejus peripheria primum non adparet rubor; verum die sequenti, vesicula mole jam quidpiam aucta, ab annulo rubro cingitur[115]). Serius ea ad magnitudinem nucis avellanae, saepe majorem perducta rumpitur et plagam gangraenosam, veluti a cauterio inustam, relinquit. Haec plaga in latum extensa ad panniculum adiposum repit[116]), donec aut pars mortua a viva separetur, aut aeger moriatur. Quandoque e carbunculis striae rubrae, radiorum instar, divergunt[117]). Sedes illorum communissima truncus et artus[118]). Visi sunt ad mammas[119]), ad mulie-

Carbunculus pestilentialis.

114) Diemerbroeck (l. c. lib. I. cap. VII. §. 18.).

115) „. . . Caro in circuitu magnopere inflammabatur." (Diemerbroeck l. c.).

116) „. . . non semel vidimus illos (carbunculos) instar sphaceli mortificationis labem brevissimo tempore latissime in vicinas partes extendisse." (Diemerbroeck l. c.).

117) Grohmann l. c. p. 55.

118) „Carbunculi *non* habent certa determinata loca, in quibus exoriantur, sicut bubones." (Diemerbroeck l. c. lib. I. cap. XIV. §. 5.). Et Chenot (l. c.): „Vix ullus est in superficie corporis locus, quem carbunculi occupare non possint."

liebria[120]), ad abdomen, ad anum[121]), ad apices digitorum[122]) et nasi[123]), ad partem capillatam capitis[124]) et ad fauces[125]).

Observationes. 6. Tum anthraces, tum carbunculi indeterminato tempore in conspectum veniunt, atque febris rationem nequaquam sequuntur. Numerus carbunculorum varius, tres, quatuor ad duodecim[126]) usque. Bubones vix superveniunt carbunculis[127]). Saepe adparente carbunculo, bubo evanescit, alias crescente bubone carbunculus ad per-

119) „Vidi mulierem in tertium mensem gravidam, cujus *mammae* siuistrae discum tres carbunculi obsidebant, feliciter emersisse." (Chenot l. c. p. 81.). In peste, quae Nojae grassata est, mammae saepe a carbunculis obsessae erant. (Schönberg l. c.).

120) „Unus (carbunculus) in quadam muliere *vulvae* adsidebat." (Chenot l. c. p. 82.).

121) Passeri l. c. p. 17.

122) Passeri l. c. p. 17.

123) Palmarius l. c. p. 316. 416.

124) „In *capillata capitis parte* unicum (carbunculum) vidi in infante bienni, qui reconvaluit." (Chenot l. c. p. 81.).

125) Pfisterer l. c. p. 229.

126) In peste Dinise a. 1629. Item in illa Bucharest. a. 1813 teste Grohmann (l. c. p. 56.).

127) „Neque unquam observavimus bubones ortis supervenisse carbunculis: sed hi constanter acrius adparebant, altero exeunte." (Chenot l. c. p. 79.). Et Grohmann (l. c. p. 35.) asserit: „*dass die Carbunkeln an eine spätere Entwicklung gebunden sind als die Bubonen.*"

perfectam evolutionem non pervenit[128]. In quibusdam epidemiis carbunculi frequenter bubonibus insident[129], in aliis rarissime[130].

7. Tandem, ne quid mali desit, pestis praesertim provectiori in decursu, *exanthemata* varia, videlicet peticulas[131], vibices[132] (aliaque ecchymomata diversi coloris[133] et magnitudinis[134]), mi- Exanthemata varia.

128) Lernet l. c.

129) Chenot (l. c. p. 14.) scribit: „supernataque buboni vesicula carbunculum praenuntiare videbatur."

130) D. Gellei (apud Schraud op. c. 2. *B.* p. 61.) hanc complicationem, a se in peste Sirmiensi a. 1795. saepius visam, nomine *bubonis anthracici* designat.

131) Schraud (l. c. 2. *Th.* p. 60.) peticulas nonnisi iis in aegrotis observavit, in quibus pestis *febre* stipabatur.

132) „. . . . vidimus etiam maculas lividas et nigras oblongas, quasi calamo scriptorio inscriptas; alias quoque majores, quasi flagellis inductas." (Diemerbroeck l. c. cap. VII. §. 16.).

133) „Maculae hae communiter et plerumque erant purpureae, rariores erant rubeae, violaceae vel nigrae." (Diemerbroeck l. c. Lib. I. cap. VII. §. 15.).

134) Julius Palmarius (l. c. cap. 24.) scribit se multoties vidisse maculas, quae universum brachium, aut crus totum, aut faciem, aut aliam maximam partem occupabant. Et Diemerbroeck (l. c.) affirmat, se etiam maculas vidisse maximas, totum aliquod membrum vel magnam ejus partem occupantes. In peste *Ostrovae* ecchymomata formam nummi cuprei, a cruce nomen gerentis, habebant. (Pfisterer l. c. p. 237.).

miliaria[135]), bullas[136]) exhibere solet. Interdum rubores erysipelacei[137]), tumores[138]), exulcerationes[139]), cutisque anaesthesia*) observantur.

8. No-

135) Chenot l. c.

136) *Bullae* jam in peste seculo XIV a Barnes (l. c.) descriptâ obvenerunt. Illas *hydatides* salutat Chenot (l. c. p. 84.). Antiqui bullas, *phlyctaenas* vocabant (Bernt in nota apud Pfisterer l. c. p. 237.). Pfisterer eas *pemphigum pestis* nuncupat et sic describit: „*Sie sind blau, schwarz, haben einen rothen Kreis, gehen in keine Eiterung über.*"

137) Pfisterer l. c. p. 252.

138) Est *tumoris* quaedam species, *inter bubonem carbunculumque* media, quam nupera pestis a. 1713. in Hungaria et Austria obviam habuit, ut refert medicus castrensis Antonius Loiok (Chenot l. c. p. 77. nota.) utque Chenot ipse testatur (l. c. p. 78.): „Claviculárum arcubus et brachio supra cubitum similes tumores quoque sedem fixerunt, nucem juglandem aequantes, subinde et excedentes, qui sine abscessu dissipabantur." (Forte de his tumoribus sub nomine bubonum locutus est Zacutus Lusitanus, ubi a Diemerbroeckio reprehenditur.). Et Pfisterer de tumore loquitur sese ab axillis super totum musculum pectoralem extendente (l. c. p. 249.).

139) In peste *Rossiae* a. 1427 quaestio fuit de cutis ulceribus (прыщь), quae dum rubra et tumida erant, sanitatem, dum violacea et sicca, interitum annuntiabant. (Richter l. c. T. I. p. 241.).

*) „Peste jam adulta detenti, *tactus organum valde obtusum* habent, adeo ut vellicati, vel alio modo rudius tractati, nullum fere doloris sensum, etiam extra delirium versantes, prodant." (Orraeus l. c. p. 151.).

8. Notandum vero est, symptomata hucusque memorata, nec omnes aegrotos affligere, nec in omnibus pestilentibus constitutionibus eadem adparere [140]). Monitum.

9. Pauci qui evadunt, concessis exceptionibus [141]) diu virium experiuntur jacturam, stuporem, amnesiam [142]), ac maxime ab exulceratione bubonum patiuntur. Quandoque bubones indurati relinquuntur [143]). Nec desunt aliae reliquiae morbosae [144]). Convalescentia.

§. IV.

140) Diemerbroeckius (l. c. cap. VII. §. 19.) affirmat: „vix duo ab eodem contagio infectos, plane eadem symptomata pati videas."

141) „Ex peste convalescentes, multo facilius et citius, quam post febres malignas, robur et pristinam sanitatem recuperant." (Orraeus l. c. p. 152.). De convalescentia aegri brevissima testatur quoque observatio Passeri (l. c. p. 18). Aeger nimirum cephalaea, vomitu et bubonibus laborans „*nella notte ebbe un profuso sudore, si dissiparono e dolor di testa e bubboni, e nella matina seguente si potè alzar dal letto, uscir di casa ed attendere ai proprii affari.*"

142) „Ultra mensem mentis stupor et cogitandi ineptitudo remansit, moxque vertigo minitabatur, ubi vel horae quadrantem vel legebam vel scribebam." (Chenot l. c. p. 16.).

143) „Bubones pestilentiales in verum scirrhum abire posse, in proprio expertus sum corpore. Perfecte scirrhosum vidi in homine, qui talem retinebat ex peste a. 1718 et sine incommodo gerebat." (Chenot l. c. p. 76.).

144) „Post resolutionem bubonum, interdum *furunculi*

§. IV.

Necroscopia.

Habitus cadav. externus.

1. Habitus externus cadaverum, peste demortuorum, jam dudum omnium attentionem ad se traxit. Ex illorum nigredine pestis seculi XIV nomen depromsit[1]). In peste *Diniae* a. MDCXXIX cadavera horridum exhibuerunt adspectum[2]). Item in peste *Holsatiae* a. MDCXII[3]), *Massiliensi* a. MDCXX[4]) aliisque multis. Praeterea visa sunt cada-

copiosi, in variis corporis partibus oboriuntur." (Orraeus l. c. p. 152.). De gravioribus malis testatur Passeri l. c. p. 41.): „*Come etisie pulmonali, e diverse tabi per lesioni di visceri abdominali, stupidezza, sordità, cecità, fistole e simili.*"

1) §. II. No. 9 (61.).

2) „*Les cadavres étoient horribles à voir; ils avoient le visage contourné, les membres roides et ordinairement contractés.*" (Papon l. c. T. I. p. 195.). Aspectus horridus cadaverum dependebat, in peste a Russel (l. c.) descripta, a facie vibicibus defoedata; in illa *Skochay* observata, a peticulis atramenti instar nigris, vultum obsidentibus, a vibicibus super parotidem decurrentibus et a musculis faciei contortis. (L. c. p. 271. 301.).

3) „Observabatur in hoc cadavere post horam a morte sextam foetor satis molestus, totum corpus tumidiusculum erat, cutis purpureo-caerulea, ut a frigore esse solet, et si crura digito tetigeris, decedebat cuticula: taceo bubonum vestigia sub alis tactu explorata" (Waldschmidt l. c.).

4) Medici a magistratu Massiliensi ad morbum a. 1720 grassantem examinandum delegati, sic scribunt: „*Nous*

cadavera pro re nata livescere[5]), nigrescere aut flavescere[6]), solito duriora[7]) vel molliora[8]) fieri, car-

soussignés .... assemblés en conseil, aujourd'hui 1. *août, pour aller visiter les malades de la ville, avons trouvé, en visitant les différens quartiers etc. le cadavre d'une fille agée d'environ vingt ans, morte la nuit passée, s'étant alitée depuis avant-hier, selon le rapport de sa mère, avec un grand mal de tête, des envies de vomir et un accablement général, morte en trente heures, toute couverte de pourpre, livide, ayant le ventre extrêmement tendu et violet, et ayant rendu par le nez une grande quantité de sang très dissous et très séreux. — De plus ... dans une maison où depuis cinq jours une femme est morte subitement, soupçonnée de peste, nous avons trouvé son enfant, agé d'environ douze ans, mort aujourd'hui, couvert de taches pourprées presque par tout le corps, avec une tension considérable au bas ventre et une grosseur à l'aine gauche. ... Signé* Perrin *et* Croizet." (Papon l. c. T. I. p. 227.).

5) In peste *Tuneti* grassante ait Passeri (l. c. p. 19): „*Jo ne osservai alcuni (cadaveri appestati) in apparenza di morti per apoplessia e forse meglio per avvelenamento, mostrandosi tutto l'ambito del loro corpo rosso livido fosco, ed altri con dei carbonchi e bubboni in diverse parti e per lo più dello stesso rosso-nerastro colorito per tutta la superficie cutanea.*"

6) Sic plurima cadavera apud Roch (l. c.) et Pfisterer (l. c. p. 220.).

7) Barnes (l. c.) narrat, in peste seculi XIV. cadavera *marmoris instar dura* fuisse!

8) Corpus uxoris D. Secondo Zola di Brescia unà cum marito in peste *Tuneti* a. 1818. grassante, de-

carbunculos et bubones (interdum solum post mortem ortos[9])) vel eorum dumtaxat vestigia, maculas videlicet lividas[10]), exhibere; sanguinem resolutum e naribus, auribus et ore fundere[11]), citiusve aut tardius[12]) in putredinem transire, aut denique aliorum cadaverum more se habere[13]).

Sect. cadav. 2. Ad *sectiones* vero cadaverum quod spectat,

mortuae, erat teste Passeri (l. c. p. 33.) „*tutto rilasciato.*" Confirmantur sic observationes Pugneti (l. c.) et Orraei (l. c. p. 113), qui ait: „In cadaveribus hoc quoque notabile fuit, quod corpora peste defunctorum, non tantum solito pallidiora et quasi exsanguia, sed etiam *mollia* et flaccida, minime vero, uti post morbos acutos, rigida observentur."

9) Pfisterer l. c. p. 260.

10) In peste a D. Roch descripta praeter maculas lividas cadavera nil peculiare exhibebant.

11) Pugnet l. c. Pfisterer l. c. p. 220.

12) „Vidi, inquit Orraeus (l. c. p. 113.), toties cadavera in media aestate, ob defectum rhedarum et vespillonum, per plures dies inhumata, *nullam tamen mephitim spargentia;* nec profluxus ichorosus ex ore et naribus, vel intumescentia abdominis, tanquam phaenomena, post febres malignas, in demortuis saepe obvia, animadversa fuerunt."

13) Roch l. c. Pfisterer l. c. p. 232. Goro de peste *Viennae* a. 1713. adspectum cadaveris peste defunctae ita describit (l. c. p. 257.): „*Es war eine Weibsperson eines blühenden Alters, mit zerrütteten Haaren, offenen Augen, mit etwas grausen drohenden Lefzen des Mundes, mit wenig schwarz herausgesteckter Zunge, die übrige Gestalt nicht unfreundlich.*"

ctat, PROCOPIUS et VAN HELMONT quidem jam de anthracibus internis locuti sunt, verum vestigia necroscopiae, scopo morbum propius cognoscendi institutae, vix ante a. MDCLVI invenire potuimus [14]), quo scilicet tempore eae jussu magistratus Neapolitani susceptae fuere [15]). Detegebantur viscera sphacelo detenta, cor, pulmones et hepar maculis nigris notata, vesicula fellea bile nigrâ, viscidâ, densâ repleta et vasa sanguifera cruore coagulato referta. Inter recentiores in opere, peste defunctos secandi, excelluit PUGNET [16]). En illius observationes, cum illis recentiorum nonnullorum comparatas: cerebrum adeo molle et pultaceum, ut illius examen locum habere haud potuerit [17]). Vasa sanguinea meningum turgida. Pulmones normales. Cordis volumen, praecipue illud ventriculi dextri, auctum, textura mollis, albescens, veluti illa pericardii. Ven-

14) Chirurgus quidam DIEMERBROECKIO dixit, vomitum pestilentia affectorum in carbunculo ventriculi caussam agnoscere, idque se demonstraturum promisit. „Verum nobis non placuit, ait DIEMERBROECK (l. c. lib. IV. hist. 15.) imitari crabrones et aperta abdominis cavitate contagii periculis nos exponere: illud credere, quam videre, maluimus.“

15) GIANNONE l. c. 16) l. c.

17) Et PASSERI (l. c.) ait: „*Tutta la massa cerebrale e li stessi nervi ottici ridotti in pappa.*“ Idem praeterea serum extravasatum invenit in ventriculis cerebri, vasis sanguineis cruore repletis.

Ventriculi moles major; interna illius superficies maculis gangraenosis variegata; interdum in universum sphacelosa. Sic et duodeni intestini superficies interna. Caetera intestina foetidissimo tantum aëre distenta. Volumen lienis et hepatis auctum[18]. Cystis fellea bile profunde flavâ repleta[19]. Vasa lymphatica evidentissima. Arteriae vacuae, venae cruore turgidae. Utrum sedes bubonum in ipsis glandulis, an potius in celluloso illarum ambitu locata sit[20], necdum cultri anatomici ope satis determinatum est. Caeterum unum et alterum locum habere verosimile[21].

§. V.

C a u s s a e.

Enumeratio opinionum.

1. Pestis *caussa*, pro diversorum seculorum genio,

18) Hepar et intestina gangraenâ detenta reperit Passeri l. c. p. 42.

19) „*La cistifellea ripiena d'una materia catramosa.*" (Passeri l. c.). Cfr. Deidier *an account of some experiments made with the bile of persons dead of the plague at Marseilles, with what appeared upon the dissection of the bodies.* (*Philos. Transact. y.* 1722. p. 20.). Et: *Letter, concerning an experiment mude with the bile of persons dead of the plague.* (Ibid. *y.* 1722. p. 105).

20) Larrey et Pfisterer l. c. p. 235.

21) „*Zuweilen wird die Drüse selbst angegriffen und zerstört, öfters blos das Zellengewebe derselben.*" (Grohmann l. c. p. 50.).

genio, quaerebatur in ira divina[1]), in maleficio et fascino[2]), nec non in corporibus coelestibus[3]), vide-

1) Innititur haec sententia *sacris literis*, locis (§. I. No. 2. (2.)) citatis. Cfr. Acmon lib. 5. de gestis Francorum cap. 16. — Eusebius hist. ecclesiast. lib. 9. cap. 8. — Theophylact. in Matth. cap. 24. Nec dissentiunt ipsi gentiles e. c. Homerus, ubi de filia Chrysis stuprata et Ovidius, ubi de filiis Niobes loquuntur, item Plato in Phaed.; Plutarchus in vita Romuli; Tit. Livius in Hist. lib. II. cap. 45.; Plinius in lib. VII. c. 28. — Hippocrates in libr. de nat. muliebr. — Galenus libr. de propriis lib. — Praeterea hactenus quoque ab omnibus Christianis tum historiographis, tum medicis idem illud semper creditum et historiis confirmatum fuit, uti videre est apud Procopium l. c. — Cantakuzenum l. c. p. 731. — C. de Nostradamum *hist. et chron. de Provence p. 395. fol. Lyon 1614.* — Fernelium l. c. — Paréum l. c. cap. 2. — Diemerbroeckium l. c. lib. I. cap. VIII. §. 1. Problem. 1 et 2. etc. etc. Ne amplius dicam de opusculis supra citatis Rigaulti (a. 1574.), d'Amboisi (a. 1606.), Letusi (a. 1621.), Reusseli (a. 1701.) et Fischeri (a. 1720.).

2) Hercules Saxonia lib. de plica. cap. XI. Haec quaestio discutitur a Wiero lib. de praestig. daemon.; a Joann. Bodino in confut. opin. Wieri; a Jacobo Magnae Britanniae Rege, in libello hac de re ab ipso peculiariter conscripto; a Sennerto, libr. de morbis a fascino inductis, a Diemerbroeckio op. c. lib. I. cap. VIII. Probl. 3.

3) Aristoteles I. Meteor. cap. 2. — Alexander Aphrodisieus II. probl. 88. — Avicenna primo quarti et fen. 3. primi, doct. 5. cap. 1. — Valescus

videlicet in peculiaribus constellationibus [4]), eclipsibus [5]), cometis [6]) et meteoris [7]). Nobis autem cor-

de Taranta in Philon. pharmac. lib. 7. cap. 6. — Fernelius de febr. cap. 17. et lib. de abdit. cap. 12. — Ludovicus Mercatus de febr. lib. VII. cap. de febre pestilent.

4) Albertus Magnus dicit, Jovis cum Marte coitum bella et pestes excitare. Ex conjunctione Saturni, Jovis et Martis generatam pestem describit Guido de Chauliac. Aliam ex Saturni et Jovis conjunctione ortam enarrat Marsilius Ficinus et Josephus Quercetanus. Ex conjunctione planetarum in Aquario facultas medica Parisiensis a Rege Philippo a Valois quaesita, pestem repetiit. (Chronic. Engenhus l. c.). — Paracelsus (de pestilitate. Tr. II. p. 343.) pestem ab imperio Saturni in sulphur corporis humani derivat. Nec satis! Astrologi non solum pestem ex constellationibus explicarunt, sed eam ex eodem fonte *praesagiebant*. Teste Richtero (l. c. 2. *Thl.* p. 172.) „. . . . *wurden auf Befehl des Zaaren dem im Jahre* 1664 *in Moskau befindlichen Dr.* Engelhard *besondere Fragen über die bevorstehenden Veränderungen des künftigen Jahres vorgelegt, worauf dieser in seiner am* 23. *December* 1664 *eingereichten Schrift eine schreckliche Pest voraussagte. . . Diese vermessene Prophezeihung traf nun zufällig wirklich ein.*"

5) Georgius Tholosanus Lib. II. de Rep. cap. 7. — Michael Saxo chronic. in vita Constantini Imper. — Matth. Mechonius lib. 3. chronic. cap. 26. — Pezel script. rerum Bohem. Vol. II. p. 346.

6) Andreas Angelus annal. lib. 3. — Crusius in annal. — Trichemius, in chronicis; et Porphy-

corpora coelestia creata sunt in signa, et tempora, et dies et annos[8]), non vero in malorum et mortis caussas. Pestem porro saepe praecessere aut comitati sunt (ne de nugis loquamur[9])), terrae motus[10]), aliaque portenta[11]); item nebulae solem

RIUS. — Cfr. VILLANI l. c. lib. XII. cap. 97. p. 976. et BARNES l. c.

7) SCHNURRER op. c. 1. *Th.* p. 190.

8) *Genesis* cap. I.

9) Feruntur *maculae vestium* eo magis evidentes, quo fortius perfricabantur pestem a. 541. annuntiasse. (WARNEFRIED Lib. II. cap. 4. p. 776). — GALLIUS tridentinus (fascic. de peste) agens de pestis praenunciis: „Pueri, inquit, ab intelligentia non errante ducti, presbyterorum modo cantant, alios vivos pueros sepelire simulant hanc universam animantibus perniciem futuram praesagientes." MINDERERUS (libr. de peste cap. 9.) de isto praesagio scribit: „Admiratione digna res est, puerulos una ludentes et vespillonum more scrobes ac sepulchra fodientes, ac feretra deportantes, quasi genio id eos docente, venturam pestem hoc suo lusu praedixisse." Adhuc magis admiratione dignum, viros, quales fuere FORESTUS et DIEMERBROECK nugis hujus generis fidem habuisse! Huc quoque pertinent aliorum somnia, qui imaginabantur, se vidisse nubeculas in aëre natantes et domos, super quas cadebant, inficientes (SCHREIBER op. c. p. 6. — SORBAIT op. c. p. 34.), nec non glòbos igneos, caeruleos, labem inferentes. (SORBAIT l. c. p. 137—140.).

10) A. 745—47 in Sicilia et Calabria; a. 801 pluribus in locis; a. 1346—50 in China (DEGUIGNES l. c.); a. 1348 in Italia (Jo. VILLANI l. c.), Germania (PEZ l. c. vol. I. p. 971.) et Polonia (DUGLOS hist. Polon.

solem obfuscantes[12]), magni imbres[13]), inundationes[14]), ardor solis et siccitas[15]), gelu vehemens[16]), insolitus proventus insectorum[17]) et ferarum[18]).

lib. IX. p. 1086.); a. 1509 in Carniolia; a. 1590 Vindobonae, ita ut turris St. Stephani detrimentum acceperit (Fenoer l. c.) etc.

11) Silentio praetereundo pluvias serpentum et ranarum bufonum (Oudegheerst l. c. f. 297. b.), pluvias igneas (M. Villani v. Muratori script. Ital. Vol. XIV.) aliasque hujus generis; duntaxat de fumo foetente e terra manante (Mezeray l. c. Vol. II. p. 107.), de ortu montis novi prope Villach (De rebus gestis Berthold. episc. Argent. in Urstis script. rerum Germ. Vol. II. p. 177.), dicam.

12) A. 1564 in Gallia meridionali (Joubert l. c. cap. 4. p. 277.).

13) A. 1348 in Anglia (Walsingham hist. Angliae in Camden Angl. Hibernic. Normann. p. 168.); a. 1475—76 in Italia.

14) A. 1346—50 in Germania (Vitoduran l. c. Dreyhaupt l. c. p. 632.); in Gallia (Theod. de Niem. chronic. in Eccard Vol. I. p. 1501.); a. 1475—76 in Italia etc.

15) A. 984 in Italia; a. 1242—43 ibid., a. 1428 ibid. (Frari l. c. p. 328.).

16) A. 985 in Italia; initio seculi XI Venetiis; a. 1119 in Italia (Frari l. c.).

17) Platina vita Nicolai I. p. 881. — Musant tab. chronol. — Villalba l. c. — Agricola l. c. — Spangenberg l. c. *K.* 287. fol. 336. b. — Marsilius Ficinus l. c. cap. 2 et 3. — Contra Orraeus (l. c. p. 63.) observavit *insecta*, pestilentiae tempore, in locis summe infectis, *parcius* in conspectum venisse.

rarum[18]. Verum enim vero quum similia phaenomena millesies sine peste, et toties pestis sine illis phaenomenis locum obtinuerint; nullum inter haec et morbum invenimus nexum. Quod etiam, debitos saltem inter limites, de calamitatibus publicis, videlicet de rei frumentariae inopia[19], de lue pecudum[20], de cadaverum tum hominum, tum animalium putredine[21] valet. Pe-

18) A. 1577 Mediolanensem regionem multi lupi devastarunt (Bugati l. c.).

19) Annonae defectus pestis praecursor erat initio seculi XI in Italia; a. 1135 in Insubria; a. 1346—50 in China (Deguignes l. c. p. 227.); a. 1422 in Rossia (Richter l. c.); a. 1439 in Italia (Frari l. c. p. 333.); a. 1629—32 in provincia Mediolanensi (Tadino l. c.).

20) Epizootiae comitabantur pestem a. 1349 in Dalmatia (Joann. Lucius lib. II. — a Cutteis de flagello pestis in homines et pecudes); — a. 1656 in Italia (Gastaldi l. c.); — a. 1690 in Alsacia (Lebenwaldt l. c); — a. 1720 Massiliae (Papon l. c.).

21) Paré (Lib. X. cap. 13.) refert, multa interfectorum hominum *cadavera* in puteum, centum et plus ulnas altum, projecta fuisse atque hinc tam foetidum et venenatum vaporem suscitatum esse, quo multa hominum millia, per totam Argenensium provinciam, *tanquam* peste interierunt. D. Hieronymus (in *Joelem* Prophet.) et D. Augustinus (lib. 3. de civ. Dei c. 31.) ac Sabellicus (lib. 9. En. 5.) tradunt, ingentem *locustarum* multitudinem, in mari suffocatarum, ac postea in litus ejectarum, ibique putrescentium, hominum pestem excitasse. Cfr. J. C. L. Simond de

Pestem a cellis diu occlusis manare, aut solo terrore[23]) excitari posse, aut veneno puteis a Judaeis addito[24]), aut a malevolis in plateis disperso[25]), aut appropinquante mundi fine[26]) ortum debere, quis hodie adhuc crederet? Contra opinio,

SISMONDI *histoire des républiques Italiennes du moyen age. T. XI.* p. 135. — Ex *piscibus* emortuis in littora ejectis, et putrescentibus, excitatas pestes describunt: JOANN. WOLFFIUS (T. I. memorab. cent. X.), ANDREAS ANGELUS (Annal. Brandenb.), FORESTUS (Lib. VI. obs. 9. in scholio), PARÉ (l. c. cap. 3.), AGRICOLA (l. c. lib. 1.) etc.

23) Pestem ex solo *intuitu* acquiri posse suspicati sunt MEZERAI l. c. M. VILLANI l. c. BARNES l. c. p. 432. Timorem contagio viam sternere PARÉ (l. c. cap. 18.) aliique contendunt.

24) Vid. infra §. VII. No. 1 (19.).

25) „*On crût* (in peste Mediolanensi a. 1629 — 30) *que des méchans avoient fait brûler des hardes pestiférées, et qu'ils en avoient répandu les cendres dans les rues, où la procession devoit passer; parceque les jeunes gens de l'un et de l'autre sexe marchoient ce jour-là nus pieds par ésprit de pénitence. Cette accusation prouve qu'il n'y a rien qu'on ne puisse faire accroire au peuple, puisqu'il ne savoit même pas que des hardes brûlées avoient perdu tout le levain pestilentiel.*" (PAPON op. c. T. I. p. 161.). In peste a. 1656 Neapoli grassante plebs putavit, morbum a pulvere venefico in plateis ab Hispanis disperso oriri. Fur alioquin capitis damnatus, ac si criminis illius sons fuisset, carnifici traditus fuit „*per acchetar la plebe.*" (GIANNONE l. c.).

26) Chronic. ENGELHUS. in LEIBNITZ. script. Brunsvic. Vol. II. p. 1127.

opinio, quae pro pestis caussa *principium* aliquod *occultum* assignat, quod ex aegrotis hoc morbo laborantibus emanat, resque plurimas, eos circumdantes, contaminat iisque adhaeret, indeque (vel immediate ab aegrotis) in homines sanos translatum, pestem rursus producit; *contagium* videlicet *specificum*, haec inquam opinio, caeteroquin antiquissima [27]) et jam respectu pestis bubonicae seculo VI expressa [28]), inde a seculo

 XIV,

27) Thucydides (l. c.) maximi contagii mentionem fecit. Hippocrates (lib. II. de nat. hom. text. 4.) morbosi effluvii (νοσερῆς ἀποκρίσεως); et (Lib. de flat.) seminariorum pestilentiae (μιασμάτων) meminit. Aristoteles (sect. I. problem. 7.) dicit, unam pestem omnium maxime contagiosam esse. Galenus quoque (l. I. de different. febr. cap. 2.) inquit: „Pestilenti morbo laborantium conversatio minime tuta, periculum enim est, ne concipiatur, ut scabies et lippitudo.“ Titus Livius (Lib. III et V.) *contagii* vocem expressit. Seneca (IV. de ira, cap. 5.): „In pestilentia cavendum est, ne corruptis jam corporibus et morbo flagrantibus assideamus, quia pericula trahimus, afflatuque ipso laborabimus.“ Hinc ait Ovidius (VII. Metamorph.):

„Quo propior quisque est, servitque fidelius aegro,
In partem lethi citius venit.“

Cfr. Marx origines contagii. Caroliruhae 1824. Sect. II.

28) Evagrius (l. c.) ait: „Modus vero contrahendi morbi multiplex fuit, et rationem omnem superans. Alii enim *eo solum, quod simul versati essent, aut in*

XIV, quo divulgari incepit, ad hodiernum usque diem, magis magisque cum summo generis humani emolumento praevaluit. Cautelis etenim adversus contagium excogitatis unice debetur, pestem inter nos primûm rariorem evasisse, deindeque vix amplius comparuisse.

Adversarii contagii.

2. Quae cum ita sint, arduum sane est, mente concipere, exstitisse[29]), — quid? hodiedum adhuc exstare medicos[30]), qui pestem pro effectu peculiaris constitutionis epidemicae habeant, contagiosamque illius naturam negent. Quodsi contagia in genere negarent, id saltem consequens

iisdem aedibus mansissent, interierunt. Nonnulli cum attigissent tantum, aut domum ingressi essent."

29) Chicoyneau (op. c.). Stoll (Rat. med. P. II.). Quoad hunc magnum virum jure dolet Sick (l. c. p. 37): „*dass ein Mann, der, seiner vielen ruhmwürdigen und schätzenswerthen Eigenschaften wegen, ewig ein hellglänzendes Gestirn am medicinischen Himmel bleiben wird, sich doch vorgefasster einseitiger Meinungen wegen zu den grössten Fehlern und Irrthümern verleiten liess, was man von einem sô genialischen Kopfe durchaus nicht erwartet hatte.*" Et (p. 41.): „*Doctor Ferro theilt dieselben Gesinnungen und Ansichten.*" Et (l. c. p. 46.): „J. G. Wolstein, *Director des Veterinaire-Instituts (in Wien), folgte ganz der* Ferro'*schen Ansicht.*" (v. *Anmerkungen über die Viehseuche in Oesterreich.* 1782. p. 139).

30) Ch. Maclean l. c. Sedillot *lettre à Mr.* Audouard *sur la fièvre jaune, la peste et le typhus considérés comme non contagieux.* (*Journal universel des sciences médicales. Novembre* 1820.).

quens esset; verum admittere contagia variolarum, morbillorum, scarlatinae etc. et pestis illud denegare, plane absurdum est. Adversarii doctrinae contagii vident, pestem locis et temporibus[31]) alioquin sanissimis grassari; vident illam aequali fere ratione hieme[32]), vere, aestate et autumno (saltem Europam[33])) invadere, planitiem aequo ac montes pervagari; vident morbum de manu in manum tradi[34]), eos, qui cum aegrotis nullum ineant commercium, in eâdem atmosphaerâ immunes manere, hanc immunitatem non solum singulos homines, sed integras urbes, quamvis peste undique circumdatas[35]), tangere, vi-

31) Platerus (Prax. med. Lib. III. cap. 2. p. 67. opp. T. II. 4. Basil. 1625.) pestem terribilem sub optima tempestate observavit. Item Jourdan (l. c. cap. 12.). Dum pestis terribilis a. 1628 Lugduni grassabatur: „*Le ciel étoit pur, un petit vent frais purifioit l'air, et les rayons du soleil répandoient sur la ville et la campagne une chaleur bienfaisante, qui ranimoit la nature.*" (Papon op. c. T. I. p. 165.).

32) Pestem sub gelu propagari testantur Guinther ab Andernach (l. c. p. 538.) et Salius Diversus (l. c. cap. 4.).

33) In *Aegypto* nimirum et in *Syria* observata. Prosperi Alpini, Niebuhr, Bruce, Desgenettes, Pugnet, Russel aliorumque docent, pestem versus solstitium aestivum silere.

34) „Unde pronum est, ex domo, ex familia, consanguinitate, vicinitate *primi defuncti*, alium et alium luc corripi." (Chenot l. c. p. 89.).

35) Exemplum *Consules Europaei* exhibent, quippe qui

vident eam luem legibus, quarum ope communicatio inter aegrotos et sanos eorumque vestes et supellectilem impeditur, secure averti; haec inquam omnia vident, et adhuc de epidemica constitutione, ut pestis caussâ excitante loqui audent[36])! Interea penitiori animi humani notione omnia liquent. Hominum enim alii a contradicendi cupiditate, praecipue adversus collegas[37]) omni-

in urbibus Orientis proprias domus, sublato omni cum habitantibus commercio, a peste illos undique circumdante, immunes servant. Sic ALEXANDER RUSSEL (*Natural history of Aleppo*) et HARLESS (in Praef. ad SCHOENBERG op. c. p. LIX.) testantur. Accedit observatio MERTENSII, *Moscuae* facta. „Orphanotrophium Imperiale, inquit (l. c. p. 95.) quod mille circiter infantes et quadringentos adultos .... continebat, cautelis infra enarrandis a peste liberum servavi. ... Sic, addit, integra haec domus sana permansit, *quamquam omnes circumjacentes aedes vastatae fuerint.*"

36) Si epidemica constitutio pestem *excitare* valeret, potius milites intemperiei atmosphaerae expositi, quam illi, qui stationarii sunt, huic morbo obnoxii esse deberent. Ipse vero Sir ROBERT WILSON, contagium pestis negans, affirmat: „*that the soldiers were seized with the plague* only *in stationary situations, and* never *when on a march.*" Unde administer Regni Britannici *Peel* in consessu curiae inferioris diei 30. Martii 1825. jure naturam contagiosam pestis deduxit. (Sir GILBERT BLANE in *the Edinburgh med. and chir. Journal. July* 1825. *No. LXXXIV.* p. 61. not.).

37) Massiliae a. 1720 medicus SICARD de pestis praesen-

omnino reguntur. Alii in rebus, quae paradoxa nominantur, sustinendis gloriam quaerunt [38]. Alii opinionem quandam contra propriam intimam persuasionem defendunt [39]. Alii obstinatione mulos superant [40]. Alii systematum imperio

tia testabatur. Chirurgus vero „*soit ignorance, soit jalousie declare qu'il n'y avoit qu'une fièvre vermineuse.*" (PAPON l. c. p. 216.).

38) „*Parce qu'il y a partout des gens, qui aiment à se faire remarquer.*" PAPON (Op. c. T. I. p. 368.) explicans quomodo „*le système dangèreux de la non-contagion*" asseclas invenire potuerit.

39) In peste *Massiliensi* a. 1720. Dr. PEYSSONEL morbum pro contagioso declaravit; aliter sentiit quidam chirurgus, qui „*aveuglé par son ignorance, ou plutôt par sa mauvaise foi, persista à dire, que la maladie n'étoit point contagieuse, et cependant il ne touchoit point les malades et ne leur parloit, que de loin.*" (PAPON op. c. T. I. p. 219.) — GASTALDI de peste Romana a. 1656 narrans (l. c.), medici urbis, JOANNIS BRESCIA meminit, qui morbum non esse pestem contagiosam et sistere duntaxat febrim, effectum penuriae, contendens, populumque ita in errorem ducens, pro poena ad servitium aegrorum nosocomii, pesti dicati, damnatus fuit. Terrore inde correptus ad turrim ecclesiae vicinae fugam tentavit, seseque in angulo illius abscondidit. Repertus et fumi, e stramine consulto accenso eliciti ope, fugatus, ad nosocomium se contulit quidem, ad maximis cum cautelis, pestemque contagiosam adesse declarans.

40) „*Un médecin nommé Sainte-Marie, étant logé à l'auberge du Bras d'Or (à Aix 1720.), et voulant den-*

rio obcoecantur. Alii tandem ignorantiâ peccant. Putant nimirum pestem contagio esse expertem, quoniam accidit, homines sanos cum aegrotis illâ lue laborantibus commercium impune[41]) alere. Ast nonne variolae, morbilli et scarlatina, ut pestis, pro tempore[42]), idem prorsus phaenomenon

ner une preuve éclatante de sa conviction, coucha dans les mêmes draps où étoit morte la fille de l'aubergiste, et mourut de la peste deux jours après, n'ayant donné qu'une preuve de sa témérité, tandis qu'il croyoit en donner une de son savoir." (PAPON op. c. T. I. p. 369.).

41) „Sunt qui diu noctuque inter aegros et cadavera, proinde in atmosphaera virosa perpetuo versantur; miasma in suis vestimentis perpetuo gerunt, immunes tamen perstant." (CHENOT l. c. p. 34.). In peste *Moscuae* a. 1771 grassante „mulier ex Germania oriunda, sartoris mater, aegrotanti filio adstabat, ejus uxori similiter, et septem liberis, omnes, una cum serva, pesti succubuerunt, illa perfecta sanitate semper gaudebat, sanaque permansit. Alia ex plebe Russica anus cum octo infantibus, et duabus aliis mulieribus in uno cubiculo habitabat, praeter hanc et puerum sex menses natum, omnes pestis victimae fuerunt, et cadavera in eadem domo insepulta jacebant, illa omnes aegros, et cadavera absque ulla cautela saepissime amplexa fuerat et tamen incolumis remansit." (MERTENS l. c. p. 121). De infante ubera matris peste adfectae impune sugente narrat SCHOENBERG (l. c. p. 8.).

42) Paucissimos esse, „qui non ocyus seriusve inficiantur, et *beatâ fruantur immunitate*" testantur inter alios CHENOT l. c. p. 36. et MERTENS l. c. p. 121.

non exhibent; quin ideo de illarum indole contagiosa dubitetur? Sicuti enim scintilla incendium duntaxat in corporibus ad combustionem idoneis provocat; ita contagium morbum dumtaxat in hominibus ad morbum praedispositis excitat[43]).

3. Quae caussa corpus humanum ad suscipiendum pestis contagium *praedisponat*, erui hucusque minime potuit[44]). Ea non pendet ab *aetate;* nam pestis hominem, nisi in utero materno[45]), saltem primâ ab infantiâ[46]) usque decrepi- Caussae praedisponentes.

43) Pulchre sane Diemerbroeck (Op. c. lib. I. cap. X.): „ut autem haec communicatio (pestis) cum effectu peragi possit, quatuor requiruntur: 1. apta dispositio patientis. 2. Contactus patientis ab agente. 3. Efficacia major agentis quam patientis. 4. Tantum temporis ut ad invicem agere possit." Et pulcherrime Sanctorius (No. 126. Gorter de perspirat. p. 211.): „Res peste infectae inficiunt, quo usque durant proximae et remotae caussae; unica tamen deficiente, cessat virus, instar motus horologii, dum rotarum unico irrito dente quiescit."

44) Fernelius (lib. de febre cap. 17.) simpliciter dicit: „Est cognitu difficillimum, quid corpus unumquodque pestilentiae obnoxium reddat." Et Forestus (Lib. VI. obs. 9. in scholio) ait: „Propria et peculiaris constitutio atque praeparatio, quae loca vel corpora reddit pesti obnoxia, omnia nos latet, neque sensu, neque ratione, sed solo eventu et experimento comprehenditur."

45) „*Der Arzt* Seele *hat die Beobachtung aufgezeichnet, dass an den vier von Pestkranken Müttern gebornen*

crepitam ad senectutem[47]) attingit. Non pendet a *sexu;* nam paucis concessis exceptionibus[48]) mares ita patiuntur ac feminae. Non pendet a *stirpe nationali*[49]); nam quotquot sunt Europae, Asiae

Kindern, obwohl sie hernach vier oder mehrere Wochen lebten, dennoch keine Spur der Ansteckung sich merkbar geäussert habe, und die Kinder später erst als Opfer vernachlässigter Pflege gestorben seyen." (Schraud l. c. 2. *Th.* p. 31.).

46) De peste Massiliensi a. 1720 ait Papon (Op. c. T. I. p. 266.): „*Dans la foule des malades il y avoit beaucoup d'enfans; les uns âgés de dix ans, les autres encore au berceau.*"

47) Plinius quidem (Lib. VII. cap. 50.) dicit: „senes pestilentiam minime sentire;" et Mercurialis (l. c.) observavit in peste illa Patavina, senes maxime immunes fuisse, quod et Forestus (l. c.) in peste Delphinensi se animadvertisse refert: at Platerus scribit pestem illam, quae a. 1563 Basileae grassata est, *neque senibus, neque decrepitis* pepercisse.

48) „*Les femmes, durant la peste de Lyon* (a. 1628.), *ne furent pas aussi malheureuses que les hommes; car elles résistèrent plus long-temps au mal, quoiqu'elles servissent les pestiférés.*" (Papon op. c. T. I. p. 170.). Contrarium vero contigit in peste Sirmiensi a. 1795: „*Späterhin starben bis an das Ende des Monaths dreizehn Personen, meistens Weiber, als nämlich diejenigen, die sich vorzüglich mit der Wartung der Kranken befassen und bey den Leichenbegängnissen beschäftigt sind.*" Schraud (l. c. *I. Th.* p. 15.).

49) Mira foret observatio Evagrii (l. c.), quod in urbe sanâ, pestis duntaxat extraneos invadat, in quorum patriâ idem morbus grassetur. Haec observatio ceto-

Asiae et Africae gentes pestem plus minus sustinuere [50]). Non pendet a *temperamento* aut a morbosâ quâdam corporis humani *dispositione;* nam homines omnis indolis, sanissimi [51]) aeque ac valetudinarii [52]) pesti obnoxii sunt [53]). Non pen-

roquin per commercium epistolarum (utcunque illud Evagrii aevo locum obtinuerit) explicari posset. Nostro saltem tempore, si e. c. contagiosus Londini grassaretur morbus, nil sane miri foret, si idem Parisiis *primùm* inter Anglos, erumperet. Accedit alterâ ex parte observatio CARDANI (de varietate rerum. Lib. VIII. c. 48.) quod grassante Basileae peste duntaxat Helveti, neutiquam vero extranei inficerentur.

50) Nullam in *Brasilia* pestem observatam fuisse testatur GUIL. PISO (De medicina Brasiliensi lib. III. p. 15.).

51) PIORAEUS (Prax. lib. VIII. cap. 1.) ait: „et videtur esse pestis talis qualitas, quae *sedem potius quaerit in corpore sano, quam aliis morbis obsito.*"

52) Pestem syphilide, blennorrhoeâ, psorâ laborantibus parcere fabula est, testante SCHRAUD (l. c. 2. *Th.* p. 82.). Attamen idem respectu variolarum et morbillorum non audet asserere.

53) DIEMERBROECK (Op. c. Lib. I. cap. IV. §. 2) ait: „. . . hac pestilenti constitutione manifeste edocti sumus, pestem nullam cujuscunque temperamenti, vel boni, vel mali, vel mediocris, rationem habere, et morbi invasionem non dependere a corporum puritate vel impuritate, sed ab occultâ quadam dispositione." Miror hinc ORRAEUM (l. c. p. 59.) scribere: „a pestis insultu immunes fere viri sunt: leucophlegmatici, cachectici, scabiosi, senes, et infantes lactentes. Obesi vero et ceterum sanissimi, multo copiosius inficie-

pendet a *muneribus* et ab *officiis;* nam omnes civium classes indiscriminatim pesti subjiciuntur[54]). Non pendet a *vivendi ratione;* nam non solum

bantur, et difficilius emergere solebant, quam strictiore corporis habitu praediti."

54) Valde erravit BARNES, ubi contendit (Op. c. Vol. II. p. 603.) *nullos Principes* peste interiisse. Pestis enim ipsâ in Europâ trucidavit *Joannam*, filiam *Ludovici X.*; *Bonne*, uxorem Ducis Normandiae (FELIBIEN l. c. Vol. III. p. 70.); *R. Alphons. XI.* (MARIANNA l. c. lib. XVI. cap. 15. Vol. VI. p. 137); *Andronicum*, filium Imperatoris *Joannis VI.* (a. 1346 Byzantii) etc. Praeterea pestis a. 1348 tres necavit *Cardinales* (BALUZ l. c.). In *Norvegia* a. 1349 duo solummodo *Episcopi* post pestem superstites erant (TORFAEI l. c.). — In peste Parisiensi a. 1568 PALMARIUS (l. c. p. 347.) *coriarios* et *restiarios* immunes fuisse contendit. Nullibi vero tale quid serius legitur. *Monachas* in peste Veronensi a. 1630 diu illaesas mansisse (FRARI op. c. p. 406.) claustri gratia intelligitur. Contra in peste Massiliensi a. 1720 *pharmacopolae* et *hortulani* maxime pesti obnoxii erant (PAPON op. c. T. I. p. 279.). In peste a. 1720 *Aquis sextiis* grassante morbus primum inter *ephippiarios* et *nentes* caput extulit (PAPON op. c. T. I. p. 369.). *Jassiae*, *Kiowiae* et *Moscuae* pestem inprimis furorem suum *in plebem* exercuisse, melioris autem conditionis hominibus pepercisse monet ORRAEUS (l. c. p. 53.). Asserit simul medicos omnes salvos restasse, et ex chirurgorum coetu dumtaxat quatuor succubuisse. In Aegypto *pistores* et *fabros ferrarios* quam maxime pesti obnoxios fuisse testatur DESGENETTES (l. c.). Id crebrae mutationi temperaturae adscribit PATISSIER (*Traité des maladies des ar-*

solum homines frugales sed et heluones[55]) in pestem incidunt. Non pendet ab *atmosphaerae depravatione;* nam aëris impuritas pesti interdum obstabat[56]). Non pendet a *temperatura;* nam pestis sub summis caloribus aestivis aeque ac sub gelu

tisans); ego potius commercio continuo cum omnibus civium classibus.

55) Ait quidem Chenot (l. c. p. 48.): „Nonnulli dissolutae vitae et morum homines manent a peste immunes." Verum hujusmodi observatio ad exceptiones spectare videtur.

56) Joubert (l. c. cap. 18.) observavit, *mephitim cloacarum*, pestem interdum potius impedire. Observatio haec in peste Lugdunensi a. 1628 et 1629 omnino confirmata est. „*Les lieux infectés, les maisons pleines d'immondices, étoient, pour ainsi dire, des lieux de sûreté. Les rues étroites, les logemens resserrés, les quartiers etouffés, ces lieux si propres à recevoir les impressions de la peste, en préservoient; au lieu que les collines, les lieux aërés, les jardins agréables y étoient plus exposés.*" (Papon op. c. T. I. p. 167. et Malouin in *Acad. des sciences l'an* 1751. *Mémoir.* p. 137). Legitur praeterea apud Leclerc (*Histoire de la médecine. T. II.*), quod vigente peste Londini regnante Carolo II. stercorum receptacula medicorum jussu aperta fuerunt. Foetido hoc odore per totam urbem sparso cessabat pestis. Nec satis! mephitis *gaz acidum carbonicum* dicta pesti obstitisse fertur: saltem testatur Sorbait (op. c. p. 88.) vindemiarum tempore, dum musta fermentescerent, pestem circa *Mosellam* grassantem, *miraculi instar*, suppressam fuisse. *Viennae* pariter, tum durante, tum finito vindemiarum

gelu hiemali grassari potest[57]. Non pendet a aëris *humiditate*[58]) aut *siccitate*[59]); nam su una et altera atmosphaerae conditione pestis c put attulit. Fateri quidem oportet, observatu fuisse, pestem, sub diuturna siccitate saevienter accedentibus *pluviis* decrevisse[60]), eamque su ten

tempore, observatum fuit, pestem manifesto decresce (SCHREIBER op. c. p. 46.).

57) Qui caloribus aestivis vim contagium pestis suffu ciendi *indiscriminatim* tribuunt, ignorant, pestem *Lug dunensem* a. 1638. mense Martio 1629 decrevisse. „*E fut presque nulle dans les mois de Juin et de Juillet* (PAPON op. c. T. I. p. 183.). De peste Montispess lana a. 1629 legitur apud eundem auctorem (l. c. 192.): „*Le fort de la maladie fut dans les mo d'Octobre, Novembre et Decembre.*" — „Neque omni constat, inquit CHENOT (l. c. p. 44.) frigori hiberi deberi pestis extinctionem; ingressa a. 1708 sub a tumno in Transylvaniam *acerrimum frigus superavit.* Fatetur solum (l. c. p. 83.) carbunculos in peste r riores esse „hieme et vere quam aestate et autumn ineunte."

58) Pestis Volhyniensis a. 1798 praegressâ et vigente ten perie solito calidiore et *sicciore* prorupit fatente LE NET (l. c.).

59) Coelo nebuloso *cum frequenti pluvia*, undecim mil tes spatio quinque dierum Damiatae peste correp fuere, teste PUGNET (l. c.). Jam ORRAEUS (l. c. p 61.) contenderat pestem semper atrocius grassari, s tempestas valde *pluviosa* et tepidiuscula fuerit; et con tra, vigente aëris siccitate, nisi penitus remitter saltem multo mitiorem evadere.

60) Peste medio mensis Augusti a. 1656 *Neapoli* ad sum

tempestate cum tonitru[61]) et sub certis *lunae phasibus*[62]) increvisse; at num id *cum* hoc, an pro-

mum perductâ „*un' impetuosa ed abbondante pioggia, temperò alquanto la furia del malore: comminciò il mortifero veleno a cessare; niun più s'ammalò di tal morbo, e coloro che n'eran tocchi, guarivano.*" (Giannone l. c.).

61) Paré l. c. — „*Le fléau commença à Digne les premiers jours de Juin* 1629*: pendant quatre mois qu'il dura, le ciel fut couvert de nuages épais; l'air étoit brûlant et il y eut souvent des éclairs accompagnés de tonnerre. Aucun oiseau ne fit entendre ses accens à la ville ni à la campagne.*" (Papon op. c. T. I. p. 198.).

62) Heurnius de pestis suscipiendae periculo agens (l. c. cap. 8.): „Cave tibi, inquit, circa *novilunium* et *plenilunium*, tunc enim aëreum venenum movetur violentius." Revera in peste Florentina a. 1630 observavit Rondinelli „*che nel principio del male sotto il plenilunio peggioravano i malati, e succedevano numero di nuove maggior infezioni; e nella luna decrescente all' incontro miglioravano.*" Etiam Chenot (l. c. p. 31.) refert sub *plenilunio* plures a morbo invadi et trucidari. Idem asserunt medici exercitus Gallorum in Aegypto (*Tableau de l'Egypte. T. II.* p. 53.). — Lerret (l. c.) asserit: „observatum est, pestem nostram in novilunio magis saevisse: contagium enim magis actuosum et morbus lethalior fuit." Haec observatio nuperrime quoque confirmata est a Passerini (l. c. p. 46.) dicente: „*si è osservato che . . . la malattia si è quasi sempre aumentata un poco di più nel farsi la Luna piena e nel di lei rinovarsi.*" Contra vero scribit Gemma in peste a. 1575 *lunam decre-*

propter hoc contigerit, ignoratur. Prudentis it que medici est, certis stare rebus. Hinc qu in caussam *generalem* conditionis, quae homin ad pestis contagium disponat[63]), vel contra tueatur[64]), ulterius inquiramus, illam ut *factu* nomine *constitutionis epidemicae*, admittemu Ad caussas *speciales*, hominem ad suscipiendu contagium disponentes *quodammodo timor*[65] *ira*[66]) et *moeror*[67]) spectant.

4. *Co*

scentem fuisse efficaciorem. Illud ipsum quoque affi mant Paraeus, Liddelius etc. — Quercetani (Lib. de Alex. cap. 7.) dicit, *senes* et *feminas* pes laborantes frequentius lunâ *decrescente; plethoricos* ve in plenilunio interire. — Diemerbroeck (op. Lib. I. cap. VI. §. 1.) duobus verbis questionem ista terminat, videlicet: „*lunam nil facere.*" Sic et Oı raeus (l. c. p. 150.).

63) Lugduni a. 1628: „*la peste en peu de jours se répai dit avec la vivacité du feu que le vent agite au m lieu de matières combustibles.*" (Papon op. c. T. p. 171.).

64) Exempla pestis sporadicae adfert Paré (l. c. cap. 18.

65) Verum *Turcae* pestem non timent et tamen crebe rime ab illa visitantur. Observat quidem Passeri (c. p. 9.) effectus pestis in Mohamedanos non adeo es perniciosos uti in Christianos et Judaeos, monetqı illud a minori illorum consternatione derivandui esse: „*In queste parti* (Mohamedanorum patriâ), iı quit, *il popolo non è atterato da suoni e canti melar colici. Non vi sono neppure campane ed i cantici per morti sono piuttosto rallegranti. . . I Mohametani poı fan sentire il loro duolo se non è al momento dello sp.*

4. *Contagii pestilentis origo* instar originis aliorum contagiorum ignoratur. Ignoratur et illius *natura*. Caveamus ab hypothesibus circa hoc objectum jactatis [68]); et potius in *leges*, quibus con- Contagii pestilentis origo.

rare dei moribondi. . . ." Haec vero argumenta a stragibus inter Mahomedanos omni tempore peste editis refutantur. Cfr. infra §. VII. No. 1 (2.).

66) „*Zwey Krankenwärter in Irregh zankten und schlugen sich gewaltig: plötzlich darauf befiel sie beide die Krankheit und raffte sie hin.*" (Schraud l. c. 2. *Th.* p. 43.).

67) Chenot l. c.

68) Cfr. auctores de contagiis citat. P. I. Vol. I. Sect. I. Consp. hist. et literat. §. IX. 4. §. X. 7. §. XI. 11. Inter hypotheses ibi allatas, illa, contagium pestis ab *animalculis vivis*, sanguinem inficientibus, pendere, tum ob antiquitatem (Lucret. ad lib. VI. Vitruv. — Varr. de re rustica lib. I. cap. 2. — Columell. lib. I. cap. 5.) tum ob fautores (Kircher l. c. — Fabr. Paulini praelect. Marciae, sive comment. in Thucydidis hist. de peste Athen. Venet. 1603. Lib. I. p. 100. — Vallisneri opp. T. II. Dei vermi pestilenziali in genere; — Lancisii de nox. palud. effluv. Lib. I. cap. 19. No. 2.; — Linnaeus Amoen. acad. T. V. Exanthem. viv. etc.) maxime memorabilis et ulterioris indaginis digna est. Interea cl. Pezzoni, medicus quondam legationis Caesareae Rossicae Constantinopoli, sic ad me scripsit: „*Le père* Luigi de Pavie *prétend avoir observé, à l'aide de la loupe, des très petits insectes, ou vers, sur le corps des pestiférés, dont le mal était arrivé à son plus haut dégré* (in acme morbi). *Il ajoute que ces insectes occupoient principalement le cou de ces malades, où il les avait vu s'agi-*

contagium pestis subjicitur, inquiramus. Er praecipuas: Contagium pestis ab homine susceptum effectus nunc illico [69]), nunc tardius exerit. Hoc in casu *periodus latentis contagii* ut plurimum septem [70]) est dierum. Interdum ad duas et longe plures [71]) hebdomadas extenditur [72]) Hi

ter d'une manière sensible, et il assure les avoir ordinairement rencontrés sur des individus atteints de la peste la plus violente."

69) „Cremenecii vidi casum, inquit LERNET (l. c.) ubi juvenis et sanus homo, insidens reduci currui quo alius ad nosocomium vectus est, primo die in morbum incidit, qui die sequente vitae illius finem imposuit." Germanus in peste Sirmiensi, bracca hominis, ea lue defuncti, audacter induit; *elapsa horá* en vertigo et cephalaea, alterâ mors. (SCHRAUD l. c. 2. *Th.* p. 40.).

70) Sic testantur FELIX PLATERUS prax. tract. 2. cap. 2 DANIEL SENNERTUS prax. lib. VI. part. 3. cap. 3. u et lib. 4. cap. 3. FABR. HILDANUS cent. II. obs. 34.

71) Scribit DIEMERBROECK (op. c. lib. I. cap. 10.) „... in hac peste Noviomagensi, etsi plerumque citissime se effectis proderet, tamen interdum per aliquot dies, interdum per duas tresve hebdomadas, semel per *aliquot menses* (exemplum adnotavimus lib. 4 historia 103.) *in corpore latuisse*, observavimus, antequam sui praesentiam certis ac notis signis manifestaret, viresque suas manifeste exerceret."

72) Ex absolutissimis tabulis in peste Sirmiensi exaratis elucet: „*dass die meisten Menschen in den ersten Wochen ihrer Contumaz, nicht wenige in der zweyten erkrankt seyen: nur ein paar Fälle hatten wir, wo der Mensch am* 14., 17. *Tage nach seiner Absonderung*

Hic tamen dubium premit, utrum contagium illico a corpore humano ipso susceptum fuerit, an potius diu in vestibus latuerit[73]). Potest nimirum contagium pestis a *sano* homine circumferri, aliisque nihilominus insidias struere[74]). In rebus inanimis illud per annos delitescit[75]); idque im-

L 2 primis

die Pest bekam; allein hier hatte man alle Ursache, diesen späten Ausbruch, der nicht sogleich am ersten Tage unternommenen und gehörig vollzogenen Waschung zuzueignen." (SCHRAUD l. c. 2. *Th.* p. 42.).

73) SCHRAUD (l. c.) omnino adhaeret CHENOT dicenti, initium contumaciae ab eo temporis puncto stabiliendum esse, a quo homo *lotus* fuit, sane, et novis vestibus indutus.

74) EVAGRIUS narrat (op. c.) contigisse in magna peste sui temporis, ut saepe *homines sani* ex infectis regionibus descendentes, et in liberas abeuntes, inficerent illarum regionum sanos, eo quod in vestibus fomites inscii circumferrent. — DIEMERBROECK (l. c.) ad quaestionem: „Anne venenum pestilens, quod corpus subiens in eo latitat, priusquam illi corpori morbum actu inducat, aliud externum corpus inficere possit?" Respondet: „Dico, posse . . . . si contagiosum inquinamentum circumferatur a homine aptam dispositionem ad pestem *non* habente, qui tamen illaesus manens, per hunc fomitem, illud venenum pestilens alteri, *aptam* dispositionem habenti, impertiri potest."

75) ALEXANDER BENEDICTUS scribit, in urbe Veneta culcitram quandam *multis annis* pestiferam malignitatem retinuisse, eâque tandem excussâ, servos adstantes protinus subitâ peste correptos fuisse. TRINCAVELLA (Lib. III. consil. 17.) refert Justinopoli pestilens venenum per *viginti annos* latuisse in chordis il-

primis aëris aditu impedito[76]. Ut contagium pestis

lis, quibus mortui tempore pestis ad sepulcra dimissi fuerant, quibus post tantum temporis e scrinio quodam depromptis, contagiosam malignitatem primo proxime adstantes, ac deinde totam civitatem invasisse, ita ut ex hac occasione decem hominum millia interierint. SENNERTUS (libr. IV. de febr. cap. 3.) scribit Laubani a contagio, quod *quatuordecim annos* in linteo latuerat, pestem magnam excitatam, et vicinis quoque civitatibus communicatam fuisse. DIEMERBROECK (op. c. lib. IV. hist. 119.) casum admodum memorabilem enarrat, ubi stramen ab aegro peste demortuo contaminatum, *etiamsi totâ hieme ventis et pluviis expositum fuisset*, a sano homine dextro pede ab uno in alterum latus dimotum, praevio dolore in inferiore cruris parte prope pedem, hic carbunculum pestilentem produxit. *Warsoviae* aurigae uxor, puerperio proxima, ut commodius decumberet, culcitras abstulit, quibus *ante annum* peste mortui incubuerant. Dum his uteretur misera, mox aegrotare coepit; sequenti die jam bubones aderant in inguine; paulo post feliciter peperit, sed immani haemorrhagiâ uteri obortâ periit, una cum infante. Brevi post maritus, eodem contagio prehensus, carbunculis simul et bubonibus obortis eodem morbo mortuus est. (ERNDTELIUS Warsov. Physic. illustrata cap. 5. p. 171.). „Murarius, narrat CHENOT (l. c. p. 43.), bubonem suppurantem gerens linteum pure madidum in muro propriae domus recondiderat, adactoque ligneo cuneo foramen obturaverat. Post *anni* spatium dum suam domum dealbaret, vanâ simul et funestâ motus curiositate cuneum extraxit, paulo post obiit, totamque ejus familiam pestis indubiis signata indiciis

pestis inficere possit, *contactus* aut aegroti aut rerum hoc contagio contaminatarum requiri *videtur*[77]). — Cuicunque humani corporis parti con-

successive absumsit. Sic hic Cibinii *septem jam menses* exstincta ex pulvinari, aëri non satis expanso, dein in usum tracto, revixit anno 1739" . . . „dum post deletam pestem Podoliensem a. 1797 Judaeus vestes suas ultimis diebus ejusdem anni terrae defodisset, mense Martio effossae novum in oppido Szarogrod a. 1798 sparserunt contagium, teste Hackelschmitt." (Lernet l. c.).

76) Forestus (lib. VI. obs. 22.) refert exemplum contagii pestilentis in *tela araneae* diu asservati.

77) *Videtur* inquam, nam etsi cum maxima parte medicorum persuasus sim, contactum aut aegroti ipsius aut rerum contaminatarum ad pestem acquirendam requiri, aliquid tamen dubii hoc sub respectu relinquere malui. Quaestio enim, *num contagium unice per contactum, an etiam per solam in atmosphaera pestilenti moram acquiri possit*, tanti momenti pro republica est, ut ad eam solvendam nimia cautela adhiberi nequeat. Pestem ex atmosphaera acquiri posse contendentes (Salius Diversus l. c. cap. 10., Fabricius Hildanus Cent. IV. obs. 23., Diemerbroeck op. c. lib. I. cap. IV. §. 6., Robertus Calvert l. c. etc.), provocant ad homines, qui, etiamsi altissimos montes, ab omni consortio separati, inhabitarent, peste aeque infestati sunt, ac illi, qui in civitate morabantur. Verum si perpendam, homines illos, scopo pestis periculum aufugiendi, montes adivisse; eos germen morbi jam secum tulisse existimo. Hodiedum saltem quotidiana experientia docet, medicos (et milites excubias agentes), non neglectis debitis

contagium pestis adplicetur, effectum suum in homine praedisposito prodit. — Saepe in ea parte, ubi contactus illius immediate locum habuit, carbunculi sive anthraces oriuntur[78]). Contenditur diffe-

cautelis, inter aegrotos, peste detentos, impune versari posse. Quum vero ad hujusmodi cautelas spectet etiam *aëris puritas*, suspicio atmosphaeram occlusam, sudore et halitu aegrotorum peste correptorum, ita ad certam distantiam contagio saturari posse, ut *illius contactus* inficiat, minime excluditur. Confirmatur potius a CHENOT (l. c. p. 40.), qui scribit: „accidit nonnunquam, ut infectorum vicini propinquive, infici metuentes, per januam aut fenestram semiclausam colloquantur funesto quandoque eventu. Aër enim inquinatus in os loquentium irruit, primisque viis subito et fortiter applicatur." Porro narrat (l. c. p. 13.), cum illi oblatum esset cadaver mulieris, ut judicaret, an peste, an alio morbo mortua sit, et quum jusserit super abdomen verti, ut dorsum conspiceret, *tetro se affectum esse cadaveris foetore*, subsequente peste. ORRAEUS sine ambagine ait (l. c. p. 151.): „Communissima infectionis via per contactum observata, *quamvis etiam per inspirationem et ingesta fieri, indubium sit.*"

78) Praeter vix allatum DIEMERBROECKII exemplum (n. 75.) alia exstant. Vidit HELMONTIUS (op. c. p. 853. col. 1.) hominem, qui tangendo chartas pestiferas, eo ipso sensit dolorem quasi pungentis acus, moxque pestilentem anthracem in indice digito ostendit, et post biduum occubuit. Scribit BUDAY (SCHRAUD l. c. 2. *Th.* p. 38.) de vespillonibus, qui ante sepulturam cumulos cadaverum congregant: „*Die Oberfläche derselben (Erde) wird hiedurch mit dem Gifte besudelt;*

differentiam intercedere, si contagium aut sudorum aut puris e bubonibus manantis ope accipitur [79]). Tempus, quo contagium pestis, ex aegrotis manans, alios potentius adgreditur, arduum est determinare. Vir expertus [80]) ait: „In agone facile alios inficiunt peste correpti.“ Alius [81]) faciliori

die Todtengräber treten mit blossen Füssen daselbst herum und werden dadurch angesteckt. Diese Leute bekommen gewöhnlich grosse Schmerzen in den Waden.“ Narrat Lernet (l. c.), apud plures inservientes in nosocomiis nudis pedibus ambulantes, anthraces aut carbunculos in femoribus vel tibiis sedem fixisse. Asserit Dahlke (ibid.) se vidisse aegros, quibus prima infectionis indicia in abdominis parte aliquâ prodierunt. Ibi nimirum carbunculus ortus est a variis, contagio contaminatis rebus, quas cincto ad ilia, more nationali, indusio, inter hoc et abdominalia integumenta gestabant; omnibus his aegris die secundâ vel tertiâ febris cum tota pestilentiali symptomatum serie supervenit, aeque ac illis, quos morbus sine omni sensibili topico vitio adgressus est.

79) Grohmann (l. c. p. 22.) scribit: „*Die Ansteckung durch die schwitzende Haut erzeugte in den Inficirten die Pest schneller, aber gutartiger verlaufend. Geschah hingegen die Ansteckung durch das Eiter der Bubonen oder Karbunkeln, so erfolgte der Ausbruch der Pest, später, verlief aber weit bösartiger.*“ Fatetur ceterum ipse Grohmann rarissime hos modos infectionis determinari posse.

80) Forestus l. c.

81) Buday v. Schraud 2. *Th.* p. 25. Contendit Orraeus (l. c. p. 151.) „contagium ab iis solum, qui *in acme pestis constituti sunt*, propagari.“

ciliori infectioni tempus, quo aeger sudorib diffluit, carbunculis obsessus est, vehementerq calet, assignat. Magis adhuc arduum est, in care, quando in convalescentibus potestas con gium communicandi cesset. Sunt qui contendu ipsum pus bubonum pestilentialium, cessata bre, insons esse[82]); quod tamen ab aliis n admittitur[83]). Certum est pestis contagium nu quam intra Europae, religioni christianae ad ctae, confinia evolvi, sed semper e regionib orientalibus, Turcarum videlicet et Persarum i periis, adportari[84]).

Contagii pest. introductio. 5. *Contagii pestilentis introductio* conti per *bella* adversus barbaros[85]), eorumque ef ctus[8

82) Desgenettes l. c. Roch l. c. p. 83.

83) „Vidi mulierem, ait Lernet (l. c.), quae san febre bubonem pestilentialem habuit, qui crescentib viribus die aliqua *reconvalescentiae* erupit, et tand duabus familiis morbum communicavit." Papon (c. T. I. p. 326.) de peste Massiliensi a. 1720 ait „ *jeune homme, nouvellement échappé à la mal die, et ayant ses plaies encore fumantes, infect la couche nuptiale.*"

84) „Orientales maris mediterranei orae, hisque ad centes regiones, ab omni aevo pestis frequentiâ in mes fuere, *vixque Europa peste unquam adflicta fu quae primitus inde derivata non sit.*" (Chenot l. p. 29.).

85) „*Die Pest, welche grosse Verwüstungen in der M dau und Wallachei angerichtet hatte, zeigte sich au im April* 1738 *in der im vorhergegangenen Jahre von*

ctus [86]); per *vinitores* [87]) et viatores ex regionibus infectis [88]); per *merces* *) et, nostro saltem aevo,

siegreichen Russischen Truppen eroberten Festung Otzakow und verbreitete sich zum Theil bis nach der Ukraine." (RICHTER op. cit. 3. *Th.* p. 234.). Bello cum barbaris pestis quoque *Jassiensis* a. 1769 ortum debuit. (ORRAEUS op. c. p. 1.). Item illa Poloniae. „Dum pestis in *Moldavia* tam altas figerit radices, inquit ORRAEUS (l. c. p. 22.), fieri aliter haud potuit, quin *Poloniam* quoque conterminam invaderet, cum qua nempe, tempore hoc belli calamitoso, commercium frequentissimum nullo negotio interrumpi potuit."

86) A. 1500 „. . . *portatosi Bajazet, gran Signore de' Turchi, nel Levante all' espugnazione di Modone, Corone, Navarino e Corinto, i Greci per salvarsi dal barbaro furore de' Saraceni abbandonarono la loro patria e si sparsero per l'Italia e per la Sicilia, una porzione di essi ricoveratasi a Ragusi. Questi fugitivi apportarono in detti luoghi la peste.*" (FRARI l. c. p. 342. ex opere JACOB. LUCARI).

87) Pestis in Sirmiam delata est a viro: „*Kernjesevze, der seinen Weingarten im Neradiner nachsah, übernachtete im Haus der Aczka Popowicz, und schlief im Bette der Toda Nikolics: diese starb am 22. July, ihr folgten am 3. Tage zwey Weiber, welche die Verstorbene gewaschen hatten u. s. w.*" (SCHRAUD l. c. 1. *Th.* p. 15.).

88) „. . . *Le capitaine Chataud . . . en partant de Seide et de Tripoli de Syrie, avoit été forcé de prendre quelques Turcs pour les passer en Chypre, et on lui avoit donné patente nette; c'est à dire, qu'on y declaroit que dans ces deux villes il n'y avoit aucun soupçon de mal contagieux, quoique la peste y fit des ravages. Un des*

aevo, maxime per *piratas*[89]) et per denegatum acces-

Turcs, que le capitaine avoit sur son bord tomba malade, et mourut peu de jours après. Deux matelots furent chargés de le jetter à la mer . . . . ils ne tardèrent pas à être frappés de mort. Deux autres les suivirent de près, et le chirurgien, qui les avoit traités, eut le même sort. .. Chataud, en arrivant à Marseille le 25. Mai (1720), donna le certificat aux intendans de santé, auxquels il avoua, qu'il étoit mort quelques hommes de son équipage, sans leur dire, qu'il les soupçonnoit d'avoir été attaqués de la peste. . . . Les intendans de la santé se contentèrent de faire déposer les marchandises aux infirmeries. . . Deux jours après, c'est à dire le 27. Mai, tandis qu'on travailloit au débarquement, il mourut encore un matelot. . . Le mort fut porté aux infirmeries . . Le dernier du mois il entra dans le port trois autres navires venant des mêmes lieux. Il en arriva un quatrième le 12. Juin; ils avoient tous patente brute, ce qui vouloit dire que dans le lieu de leur départ, il y avoit des soupçons de peste; ils n'en furent pas moins traités avec la même indulgence que le premier. . . La maladie et la mortalité régnoient toujours sur le bord du capitaine Chataud. Le garde qu'on mit, suivant l'usage, sur le navire durant la quarantaine, mourut le 12. de Juin. Le 23. un des mousses tomba malade, ainsi que deux portefaix employés à la p u r g e *des marchandises: ces trois hommes furent enlevés dans l'éspace de trois jours . . . le chirurgien . . . déclara, qu'il ne voyoit dans ces accidens que les effets d'une maladie ordinaire; mais il porta bientôt la peine de son ignorance ou de son infidélité, car il mourut avec toute sa famille, victime du mal contagieux. . . . Les passagers arrivés sur les vaisseaux attaqués de la conta-*

accessum navium in contumacias[90]), perque defrau-

gion . . . furent renvoyés après 19 jours de quarantaine, sans qu'on prit d'autres précautions que de les faire passer eux et leurs hardes, par une fumigation un peu plus forte qu'à l'ordinaire . . . on ignoroit dans la ville . . . que la peste . . . se fut glissée parmi les habitans, à la faveur de ces passagers qui, sans le savoir, portoient dans leur sein les traits dont la mort devoit bientôt frapper un si grand nombre de victimes. . . ." Papon (op. c. T. I. p. 206—213.).

*) Praeprimis Judaei, quaestui qualicunque in tantum dediti, et qui nihil non ad suam utilitatem referre solent, unde vel tantillum lucri capere possint, coëmptis Jassiae, Chozimo, et aliis locis infectis, vili admodum pretio, variis, ex domibus opulentioribus peste exstinctis, direptis rebus, eas iterum in Polonia revendiderunt; hincque ubique fere, pestem, in villis polonicis, apud Judaeos sese primum manifestasse, notissimum erat." (Orraeus l. c. p. 22.).

89) Prodeunt ex antris pestiferis Algerinis, Tunetinis, Tripolitanis, et navigantibus non solum, sed et litoribus Italiae, Siciliae, Sardiniae etc. insidias struunt.

90) „*Es ist wohl verzeihlich, wenn ein Schiff, das, trotz aller angewandten Vorsicht, dennoch auf der Seefahrt von der Pest befallen wurde, und jetzt das Unglück hatte, hartherzig von der Quarantaine zurückgewiesen zu werden, in der Verzweiflung alle Mittel ergreift, durch die es möglich wird, wenigstens einen Theil der erkrankten Mannschaft zu retten. Wer kann Bürge dafür seyn, dass ein solches Schiff im Drange der Umstände nicht an der nächstgelegenen offenen Küste als ein angeblich Gestrandetes lande, oder auch im äussersten Nothfalle Schiff und Waare den*

fraudationem legum adversus pestem stabilitarum; cui defraudationi ansam porrigere solent: mercatura mercium prohibitarum[91]), desertio signorum, piscatus nocturnus, inundationes et congelatio fluminum[92]). Merces ad contagium pestis inferendum idoneae, sunt: lana ovilla, bombyx[93]), setae equinae, linum, stuppa, cannabis[94]), sericum[95]), pel-

Wellen Preis gibt, und in einem elenden Fahrzeuge bey den Küstenbewohnern eine menschenfreundliche Aufnahme sucht? . . . Ist es bey einem solchen Verfahren nicht Wunder, dass die Pest nicht häufiger zum Ausbruch kommt?" (Sick l. c. p. 88. 89.).

91) Accidit imprimis, quod naves magnae, quae ex oriente advehuntur, jam antequam indicatum portum intrent, partem mercium scaphis tradant, quae litora tempore nocturno attingendo custodum vigilantiam frustrant.

92) Schraud l. c. p. 55 — 57.

93) „*Nel* 1480 *la peste venne portata dalla Syria nella città di Ragusa col mezzo di alcune balle di cotone infette . . .*" (Frari l. c. p. 339.).

94) Naves Batavae ex portu Rigae *cannabem, linum* et grana portantes, pestem a. 1654 in Daniam attulerunt. (Th. Bartholinus hist. anat. rar. cent. VI.).

95) „*Des habitans de Bandol, petit port de mer près de Toulon, allèrent pendant la nuit, voler à l'île de Jarre une balle de soie, qu'on y avoit mise en quarantaine avec les autres marchandises du capitaine Chataud. . . Il y avoit ce jour-là, dans le village (de Bandol) un patron nommé Cancelin, qui toucha les effets contaminés . . . cet homme entra à Toulon le* 5. *Octobre* 1720 *. . . le* 6. *on apprit que la peste étoit à Bandol. On*

pelles omnis generis[96]), pennae et plumae, spongiae, sebum, adeps, cera, ligna, metalla[97]), imprimis conspurcata aut rubigine obducta, haecque omnia non solum in statu cruditatis sed et elaborationis. Hinc vestes, pilei, panni, laciniae, charta tum simplex, tum densata, tum pergamena, libri, epistolae, chartae lusoriae[98]), funes (oleo

mit aussitôt un cordon de troupes autour du village, pour en garder les avenues; mais l'ennemi contre lequel on prenoit ces précautions, étoit déjà au milieu de ces mêmes habitans, qui croyoient le tenir enfermé dans un village. Cancelin mourut quelques jours après son arrivée à Toulon, laissant sa fille malade, qui ne tarda pas de le suivre au tombeau." (PAPON op. c. T. I. p. 344 seq.).

96) Navis *pellibus* onusta Algerio proficiscens a. 1647 pestem in *Valenciam* introduxit, universam inde Hispani amdepopulantem (DE BURGOS ALONZO, VILLALBA, GASTALDI ll. cc.). Morbus Valenciae inter *sutores* incepit. Et Nojana pestis a. 1815—16 *pellibus* per navem Corcyrensem Smyrnâ proficiscentem clandestine introductis, orta esse videtur (SCHÖNBERG l. c. p. 44.).

97) Pestis *Racsae* a cultro Turcarum (*hangjar*) forte repetenda (ROCH l. c. p. 50). Et in illa *Ostrovae* simile cultrum, *pistolae* nec non nummi argentei, sub tecto domi, in qua pestis prorupit, reconditi, detecti fuere. (PFISTERER l. c. p. 246.).

98) Illas contagio pestis vehiculo inservire posse, adeo erat persuasus Magistratus Nojae, ut; quum incola hujus urbis chartarum lusoriarum fasciculum centuriae instructori adjecerit, ambos extemplo glande plumbea exanimari jusserit. (SCHÖNBERG l. c. p. 45.).

(oleo resinoso non obducti), candelae cereae et sebaceae, res e cera efformatae, corallia (si filo trajecta), coronae rosaceae religiosae, picturae acus ope factae; lanae, setae, crines, sericum, lintea auro obducta; monetae[99]); flores tam recentes, quam exsiccati vel artificiales; crocus, car-

99) MERCURIALIS (l. c.) irridet eos, qui tempore pestis monetas tractare recusant. Accedit DIEMERBROECK caeterum jocose de auri sacra fame, ut potentissimo antidoto disserens. Rectius sane rem perspexit RANCHIN (l. c. de purificatione rerum infectarum), monetas prius aceto abluens, antequam illas contrectet. Apud RICHTERUM (op. c. 1. *Thl.* p. 240.) legitur: „*In den Annalen der Nowogoroder Geschichte wird die neue Verbreitung der Seuche vorzüglich dem Handel mit baarem Gelde zugeschrieben.*" Item apud SCHRAUD (l. c. 1. *Th.* p. 122.) „*die Pest wurde nach Gross-Radinze von Iregh gebracht* (1795). *Die Mutter des Kusmann Bugarski erhält an der Iregher Sperrungslinie Geld von ihrer dahin gekommenen Anverwandten; bald nach ihrer Rückkunft stirbt sie zu Hause. . .*" Ipse quandam visitans contumaciam maritimam auribus accepi, haud dudum ibi duos peregrinatores receptos fuisse, quorum uni arcam cum monetis occultare licuerat. Jam terminus inclusionis praesto erat, imminente peregrinatorum separatione (ad diversas enim regiones iter nunc prosequi debuerunt), cum alteri in memoriam venit, se cum socio debitum contraxisse. Scopo id delendi arca occultata aperiebatur, monetaeque nonnullae extractae, amicoque datae. Extemplo peste ambo correpti sunt, quae caeterum in ipsa contumacia illico exstincta est.

carthamus tinctorius, fructus horaei pulposi aut pelliculâ dotati, aut siccati, pistacia, amygdalae et dactyli necdum decorticati, furfures, omnia frumenti et granorum genera, quatenus stramen, fila, lacinias, chartam aliasque res extraneas continere solent[100]; animalia tandem lanuginosa, hirsuta et pennigera.

6. Introductum jam jam *pestis contagium* potissimum *propagatur* per exercitus[101]) et singulos milites[102]), perque bella civica[103]); per tumul- Contagii pest propagatio.

100) „*Per tal mezzo, tra li altri casi, un servitore Cristiano del medico Sid Regeb rimase preso del morbo e se ne morì. Egli aveva maneggiate delle corbe d'erba senza riguardare alla lana che vi era attacata.*" (Passeri l. c. p. 54.).

101) „*La guerre que la succession au duché de Mantoue attira sur l'Italie, fut cause de la peste, qui ravagea la Lombardie et surtout la ville de Milan, en* 1629 *et* 1630." (Papon op. c. T. I. p. 142.) . . . „*et qui fut apportée dans ces pays-là par les troupes Autrichiennes, par celles surtout, qui venoient de Flandre, où elle déployoit toutes ses fureurs.*" „*Der Pohlnische Konföderationskrieg brachte die ansteckende Seuche nach Russland und Pohlen.*" (Schraud l. c. p. 6.). — Naves milites ex Sardinia jam diu peste excruciatâ, ferens, pesti horrendae Neapolitanae a. 1656 ortum dedit. (Giannone l. c.).

102) „*Verona, che si trovava in mezzo a tutto questo fuoco pestilenziale si mantenne sana ed illesa fino al Marzo del* 1630 . . . . *pur qua giunse infermo un soldato* . . . . *prese allogio in casa di certa Lucrezia* . . . *e vi morì in cinque giorni:* . . . *maneggiati i suoi ve-*

tumultus *), convocationes populi [104]), et pompas [105]);

stiti dalla albergatrice e dalle sue figlie e fantesca, tutte queste infelici in poche ore infermarono e morirono. Alcune donne della contrada avendolo visitate ed assistite, caderono inferme pur esse . . . passando il male da persona in persona . . . furono appestate assaissime case. . . La morte moltiplicava ad ogni istante i suoi colpi." FRARI (op. c. p. 400—403. teste PONA l. c.). *Unus miles* pestem inter incolas Jassiae divulgavit. (ORRAEUS l. c. p. 3.).

103) Discordiae religiosae tempore *Lutheri* et *Calvini* in epocham, qua pestis Montispessulani a. 1629 grassabatur, incidunt. „*Les provinces méridionales de la France se signalèrent surtout par la fureur des deux partis; et c'est au désordre qu'occasionnent les guerres civiles, qu'on doit attribuer la propagation d'une maladie, qui profite de la plus petite négligence pour ravager un pays.*" (PAPON op. c. T. I. p. 187.).

*) De peste Moscoviensi a. 1771 sic scribit MERTENS (l. c. p. 84.): „*Contagium adhuc magis spargebatur*, quando tempore *tumultus*, qui die 15. Septembris ortus est, furibunda tunc plebs nosocomia, quae peste laborantes continebant, et loca in quibus suspecti detinebantur, aperuit, omnes suas caeremonias ecclesiasticas circa aegros restituit, et mortuos in urbe sepelivit. More suo denuo proximis et amicis mortuis, osculando valedicebant; nullas volebant cautelas, illasque in cassum adhiberi proferebant."

104) Vigente peste *Diniae* a. 1629 commissarius pestis „*quand il avoit quelque ordre à signifier aux habitans, il s'avançoit sur le pont de la Bléone, faisoit donner de la trompette; et ces malheureux accourant en foule, se communiquoient la contagion dans*

pas[105]); per frequentationem ecclesiarum*), scholarum, cauponum et mercatuum; per incendia[106]), labo-

cette assemblée confuse." (Papon op. c. T. I. p. 200.).

105) In peste Neapolitana a. 1656: „*spaventati gli animi de' cittadini, chi con umili supplicazioni, chi in processioni confuse e numerose d'uomini e di donne, con donzelle scapigliate, chi dietro alle immagini più venerate, e chi in altre guise cercava a Dio ed a Santi pietà e ristoro a tante miserie e desolazioni. Ma essi non accorgevansi, che affollati più strettamente insieme tra la calca, e la pressura d'infinito numero di popolo concorsovi, il malore prendeva più forza, e la morte recideva in uno i colli di più migliaja di persone.*" (Giannone l. c.). Unde sapienter Papon (l. c. T. I. p. 183.): „*Ces sortes de cérémonies religieuses, très-louables dans leur objèt et dans l'intention, ont pour l'ordinaire l'inconvénient de rallumer la peste, à cause de l'affluence des personnes saines, avec celles qui sont à peine guéries, et avec d'autres qui cachent leur mal.*" De concursu populi coram imagine Stae. Virginis Moscovae a. 1771 et de interfectione egregii Archimandritae, lege: *Lettres de l'Imperatrice de Russie et de Mr. de Voltaire. Lettre LXIII.* p. 197 et 205.

*) „*Le bailli de Langeron, dans une lettre écrite de Marseille, le 17. Juin 1721, au ministre de l'intérieur, parle d'un curé du terroir, qui, égaré par un zèle aveugle, ne discontinua point de confesser et de communier ses paroissiens, quoiqu'il eût deux bubons; ce qui fut cause qu'il infecta tout un quartier.*" (Papon op. cit. T. II. p. 40.).

106) „*Il dì 3 Luglio (1630) successe (a Verona) l'in-*

labores publicos[107]), messes et vindemias[108]); per

cendio del monte di pietà. Questo infausto avvenimento fece crescere d'assai la forza della pestilenza, per lo concorso delle persone, accorse ad estinguerlo, e per la nuova angustia e spavento sofferti novellamente." (Frari op. c. p. 409.). Idem *Warsaviae* observatum est. (Erndtelius Warsav. Phys. illustrata. Cap. 5. p. 171.).

107) In peste a. 1656 Neapoli grassante „*incorse voce, che Suor Orsola Benincasa, donna che aveasi a que' tempi acquistata fama di santissima vita, non trovando peranco comoda abitazione per le suore, aveva inanzi di morir profetizzato, che in tempo del maggior travaglio della città dovea farsi la fabbrica del suo Romitorio nella falda del monte S. Martino; e credendosi, che con la costruzione di un tal edificio sarebbe cessato il travaglio, il Vicerè fù il primo, che fattosi il disegno e tirate le linee andò a portarvi con le proprie mani dodici cesti di terra: all' esempio del capo, movendosi gli altri, gli Eletti della città, e tutti i cittadini a folla vi concorsero non solo somministrando denaro, ma l'opera eziandio delle loro mani. . . . L'unione di tanta gente, che a gara tutta ansante si sollecita, si travaglia ed affolla concorrendo da tutti i quartieri, fa sì, che il morbo, che prima era ristretto in poche contrade, si spanda per tutto.*" (Giannone l. c.).

108) De peste *Sirmiensi* a. 1795 loci *Irregh* ait Schraud (l. c. 1. *Th.* p. 52.): „*Die Zwespenlese, die Einsammlung des türkischen Weitzens, rief sie (die Einwohner von Irregh) zu anderweitigen Beschäftigungen hin; die bevorstehende Weinlese erforderte Vorrichtungen, deren Werth sie besser als jenen der Vorschrif-*

per bacchanalia [109]), convivia [110]) et matrimonia [111]); per legatos [112]); per fugam incolarum urbium

M 2

ten der medicinischen Polizey einsahen. . . Die Begierde nach Lebensunterhalt vervielfältigte die Gelegenheit des Todes. . . ." Et de ea loci Neradin (l. c. p. 80.): „*Die Weinlese und die Fechsung des türkischen Weitzens sind die Ursachen der grossen Sterblichkeit im Herbstmonathe.*"

109) „*Rien ne sert plus à propager la contagion que les bacchannales qui se font pendant ces jours de plaisir et de folie (le carnaval). Le chancelier Ferrero proposa de les supprimer (à Milan en 1629—30) . . . . le peuple se souleva . . . on aimoit mieux danser sur les cadavres de ses parens, et sur les bords de la tombe, que de ne point faire le carnaval. . .*" (Papon op. c. T. I. p. 159.).

110) Schraud (l. c. 1. *Th.* p. 122.) de peste Gross-Radinzo a. 1795 narrat: „*Am 23. October giebt der Sohn* (*Kusmann Bugarsky*, de quo supra) *seinen Mitarbeitern am Felde und mehreren aus den benachbarten Ortschaften geladenen Anverwandten ein Gastmahl, indem er bereits von einem gelinden Fieber befallen ist. Mehr als 60 Personen wohnten dem Feste bey.*" (Debitae adhibebantur cautelae, ne reduces ad proprias habitationes morbum ibi divulgarent; inter hos nonnulli dumtaxat pestem acceperunt).

111) „*Une des causes qui contribua beaucoup à rallumer le feu de la peste* (*de Marseille en* 1720) *fut l'empressement qu'on eût de s'engager dans les liens du mariage.*" (Papon l. c. T. I. p. 324.).

112) „*A Mantova stretta* (*a.* 1630—31) *d'assedio dagl' Imperiali* (*il contagio della peste*) *menava di orrende stragi . . . i Mantovani . . . inviarono a Venezia il*

bium et regionum peste contaminatarum[113]), peregri-

marchese ***Strigi*** *. . . a chieder soccorsi dall' alleata repubblica. Alcuni (del seguito) ammalaron per via, e si morirono . . . ve ne sparsero le scintille, che poi crebbero in vasto incendio. Giunto lo Strigi a Venezia (8. del Luglio) non gli fù permesso d'entrarvi, ordinatogli di stanziar nell' isola di S. Clemente. Il dì 14. Luglio morì coi sintomi di peste. Trè dì appresso morì un del suo seguito cogli stessi sintomi. Di trè servi mandati dal magistrato per assistere gl' infermi in contumacia, due infermarono ed uno morì. Trattennersi in quell' isola due falegnami, padre e figlio . . . a costruire opere di precauzione per la contumacia. Terminato ch' ebbero il lavoro e passata qualche settimana delle prescritte riserve, ripatriati (a Venezia) senza indizio di malattia, con alcuni drappi, che diedero da làvar ad una donna, le applicarono l'infezione . . . nè guari andò che tutta la famiglia del falegname cadde malata coi medesimi segnali di peste . . . . in brevissimo corso di tempo il contagioso morbo di siffatta guisa vi si diffuse . . . che nel corso di undici mesi morirono di peste nella città di Venezia 94,236 persone.*" (Frari op. c. p. 412—418.). De peste *Tuneti* ait Passeri (l. c. p. 7.): „*Li ambasciatori Algirini portarono quì, pacificamente, e dentro della Reggia medesima, dove furono ricevuti ed albergati, l'esiziale semenza.*"

113) „***Alberto Valerio***, *vescovo di Verona, spaventato da tanti orrori, partì li 22. Luglio (1630) per Legnago, seco portando il micidial seme che doveva ucciderlo.*" (Frari op. c. p. 410.). De profugis in peste Massiliensi narrans ait Papon (op. c. T. I. p. 236.): „*Tous ces fugitifs ignoroient, que la peste*

regrinatores [114]), mendicantes, malevolos [115]) et fu-

étoit déjà cachée dans leurs hardes et dans leurs habits . . . . et qu'ils alloient la porter aux habitans isolés et paisibles de la campagne." Sic pestis in oppido Sirmiensi Alt-Wukowar a. 1795 prorumpens *profugo* ex pago Kernjesevcze debebatur. (SCHRAUD l. c. 2. *B.* p. 107.). — In Sirmia, pestis a. 1796 sequente pacto propagata fuit: „*Eine unbekannte Anzahl Einwohner war in den Wäldern zerstreut: sie entzogen sich der bürgerlichen Ordnung, den Befehlen der Pestverwaltung eben so sehr, als sie den Peststoff weit umher verbreiteten.*" SCHRAUD (op. c. 1. *Th.* p. 141.). — Quantum terroris profugi ex urbe Noja peste ibi a. 1815—16 regnante, sparserint, in memoria omnium est.

114) „*L'année* 1450 *lorsque Francesco Sforza s'empara du Duché de Milan, la peste . . . avoit frappé la Lombardie. . . Le jubilé accordé pour le demi siècle par le Pape Nicolas V. fut cause que les pélerins la repandirent de ville en ville.*" (J. C. L. SIMONDI DE SISMONDI *histoire des républiques italiennes du moyen age. T. IX. p.* 390.). — „*La peste fut portée de Toulouse à Montpellier au mois de Juillet* 1629, *par un capucin, qui avoit quatre charbons aux jambes et deux bubons, l'un à l'aine et l'autre sous l'aiselle.*" (PAPON op. c. T. I. p. 187.).

115) „*Il y eût des hommes* (in peste Mediolanensi, a. 1629—30) *assez pervers pour avoir composé un onguent dans lequel ils avoient fait entrer tout ce que les suppurations pestilentielles et des effets empestés pouvoient contenir de contagieux et de mortel. Ils se servoient de cet onguent pour transmettre le venin aux personnes, qu'ils vouloient perdre. . . . Le fait que je rapporte fut juridiquement constaté. . .*" (PAPON op. c. T. I. p.

fures[116]); per vestium, cothurnorum[117]) et supel lectilis infectarum tractationem[118]), venditionem[119]), hereditatem[120]), inventionem[121]), oc cul

162.). Et alibi (l. c. p. 180.): „*On assure qu'il avoit à Lyon (en 1628—29) comme à Milan des sce lerats, qui repandoient la peste à dessein.*"

116) „*Ein Einwohner von Kamenitz, der wegen Diebstählen in Verhaft war, wusste zu entkommen und sic in Irregh zu verbergen. Sein Weib und Sohn wisse seinen Aufenthalt und übernehmen an der mittlerwei gezogenen Sperrungslinie von Irregh die Fuhrnisse, d er daselbst entwendet.*" (Schraud l. c. p. 131.). Contra, pestis Nojae singularem casum furis exhibet, q ut sese a politiae insidiis liberaret, consulto urbe illam, ut securissimum locum, elegit! (Schönbei l. c. p. 46.).

117) Chenot l. c. p. 3.

118) De pestibus circa medium seculi XIV grassantib ait Papon (op. c. T. I. p. 109.): „*on touchoit sa défiance les hardes, les étoffes et tout ce qui circul dans le commerce.*"

119) „*Les femmes de cet état (de la populace) poussère l'aveuglement jusqu'à acheter les riches parures, que femmes de condition portoient avant leur mort, et fou nirent à la peste, par ce malheureux trafic, les moye d'atteindre ceux qui avoient échappé à ses traits.*" (Papon op. c. T. I. p. 129.). Teste Lernet (l. c.) maxima pars pestium, quae Poloniam afflixerunt, Judaeis tribuenda, propter commercium clandestinum vestium, relictarum ab hominibus peste defunctis.

120) In peste *Toulonensi* a. 1720. „*Le 8. Decembre femme veuve mourut de langueur, laissant un petit mobilier, que la peste avoit infecté de son venin. Les h*

cultationem *) et furtum [122]) atque lotionem **);

ritiers, *qui ne s'en doutoient pas, se le partagèrent, et servirent, pour ainsi dire, de conducteurs au feu de la contagion: l'un deux mourut le 6. . . . Un autre héritier mourut le 9. . . Ce fléau attaqua ensuite deux familles qu'on mit en quarantaine.*" (PAPON op. c. T. I. p. 347.). In peste Sirmensi a. 1795 innotuit: „*ein Irregher Weib sey nach Kernjesevcze gegangen, als sie die Krankheit ihrer da wohnenden Schwester erfahren hatte; habe sie da sammt ihren Angehörigen bereits ausgestorben gefunden, und sey mit der Hinterlassenschaft derselben, welche in wenigen Kleidungsstücken bestand, nach Hause gekommen, und allda nach einer kurzen Krankheit gestorben: bald seyen ihr mehrere aus dem Hause selbst, aus der Nachbarschaft und aus der Verwandtschaft gefolgt, die theils Kranken beygestanden, oder sich an den Todten, nach dasiger Sitte, geleczet hatten, theils ihre Fahrnisse benützten.*" (SCHRAUD l. c. 1. *Th.* p. 14.).

121) „*Dieser kleine Ort (Schatrinze) . . . wurde durch die Sorglosigkeit eines Weibes angesteckt, das in dem Gergeter Gebirge ein Kopftuch fand und dessen sich sogleich bediente.*" (SCHRAUD l. c. p. 104). De origine pestis *Skochay* legitur (l. c. p. 275.): „*Ein Mädchen habe in einem nahe an der Gränzlinie sich befindenden Gebüsche ein rothes tüchernes Leibel mit etlichen Stücken Silbergeld gefunden und nach Hause gebracht; Tags darauf sey dieses Mädchen nach sechsstündiger Krankheit gestorben, worauf sodann die Grossmutter der Verstorbenen, die andere im Hause beredet haben soll, vorzugeben, diess Kind sey von einem Pferde geschlagen worden,*"

*) „*Le fléau se glissa dans la ville d'Aix, avec des mar-*

nem**); per balnea***); per fumisugia[123]); per neglectam separationem aegrorum et de morbo suspe-

chandises de contrebande, au commencement du mois d'Août 1720." (Papon l. c.).

122) „*Elle (la peste) pénètra à Milan à la fin d'Octobre* 1629, *dans des hardes, que les gens du peuple avoient volées ou achetées à des soldats allemands.*" (Papon op. c. T. I. p. 149.). — De peste Genuensi a. 1656 ait Frari (l. c. p. 487.): „*moltissime ruberie, spogli di case, orrendi assassinj sono accaduti in quella città nel tempo che durò il contagio. Perlocchè il trasportarsi d'una famiglia all' altra in un cogli effetti rubati l'infezione fù cagione principale della rapida ed estesa sua dilatazione.*" Et Papon (l. c. p. 321.) de peste Massiliensi a. 1720: „*Les forçats surtout contribuèrent beaucoup à entretenir et à repandre la peste par les effets qu'il voloient et qu'ils cachoient.*" In peste *Ostrovae* inter alios *obstetrix* pestem per vestes contaminatas propagavit. (Pfisterer l. c. p. 242.).

**) „... integras familias post sordidorum *linteaminum lotionem* peste infectas fuisse vidimus." (Diemerbroeck op. c. Lib. II. cap. 3. §. 6.).

***) „Noxa a balneis, non solum ob affluxum hominum in publicis sed etiam a privatis, evidentissima ubique fuit. *Jassiae*, tempore pestis, utut illa ament incolae, experientia sat edocti, nemo illis uti audet." (Orraeus l. c. p. 57.).

123) In peste *Skochay* observatâ senex 75 annorum in pestem incidit, de quo fertur (l. c. p. 277.): „*er soll zu der Tabakspfeife des den* 11. *verstorbenen Serekaner auf eine geheime Art gekommen seyn und daraus Tabak geschmaucht haben.*"

suspectorum a sanis; per insecta[124]); per nosocomia militaria [125]); per exportationem [126]) et trans-

124) Insecta e. c. muscas, contagium propagare, dum ab aegrotis ad sanos se conferunt, jam PARÉ (l. c. cap. 6.) observavit. Cfr. Eph. nat. cur. Dec. I. an. I. obs. 19. In peste Viennensi a. 1713 muscae, quae sanguinem peste laborantium gustaverant, illico moriebantur. (*Wiener Pestbeschreibung* p. 263.).

125) „Pestis . . . . *Moscuam* (a. 1770) furtive plane immigravit. . . Alii lanas ex Polonia et Ukrainia in officinas pannorum importatas; alii iterum varios peregrinatores accusant. Quidquid vero sit, pestis illa quae in *nosocomio generali* in initio mensis Decembris sese manifestavit, hac ratione ortum suum duxisse plusquam verisimile est. Praefectus quidam militum, ex exercitu adventans, et in vicinia nosocomii hospitans, in morbum incidit brevique moritur. Chirurgus nosocomii et prosector Jewsajewski, qui eum curavit, illico febre maligna cum petechiis correptus, post citum morbi decursum itidem e vivis excessit. Abhinc, haud diu post, administri nosocomii, qui in duobus domiciliis a reliquo nosocomio separatis, una cum familiis suis habitabant, primi quidem cum febre petechiali simplici, mox vero reliqui etiam bubonibus et carbunculis afficiuntur." (ORRAEUS l. c. p. 25. Cfr. MERTENS op. c. p. 69.).

126) De peste a. 542 Byzantii grassante PAPON, duce PROCOPIO et EVAGRIO, narrat, contagium ideo quoque divulgatum esse quod: „*D'autres corbeaux* (sic vespillones vocabantur) *traînant les malades jusque sur les bords de la mer, en remplissoient des bateaux, qu'ils abandonnoient au gré des vents, et qui étant ensuite ramenés au rivage par les flots augmentoient l'in-*

sepulturae defectum[131]). Accedit culpa medicorum[132]) et magistratus[133]).

7. *Caus-*

Jazak übertragen." (SCHRAUD l. c. p. 92.). Ex eâdem caussa pestis *Ostrovae* propagata fuit teste PFISTERER (l. c. p. 219.). Cfr. L. B. PAPP diss. inaug. hist. medica de funeribus plebejis Daco-Romanorum sive hodiernorum Valachorum. Viennae 1817. 4.

131) Etsi cadavera contagiosa esse negentur (FRACASTORI Lib. I. de contag. cap. 12. — RONDELETUS, — JORDANUS, — GREG. HORSTIUS Lib. de morb. caus. exercit. 5. — GASTALDI l. c. — HOWARD l. c. 2. Sect.); attamen sequentia leguntur apud PAPON (op. c. T. I. p. 119.) de peste 1348 Avinioni grassante: „*Une chose très-dangereuse dans ce temps-là, étoit l'idée où l'on étoit qu'il falloit enterrer les morts dans les églises ou dans les cimetières.*" Et apud FRARI (l. c. p. 407.) de peste Veronensi a. 1630: „. . . *mancando modi, luoghi e ministri per seppellirne i cadaveri . . . venivano gettati nella corrente dell' acque . . . mancando però gli operaj restavano i cadaveri ammonticchiati e insepolti su quelle rive li trè e quattro giorni seguitamente, mettendo orribil puzzo.*" Et BUDAY: „*Seit einiger Zeit bemerke ich, dass viele Todtengräber die Pest bekommen und sterben; ein Umstand, den ich Anfangs seltner beobachtete.*" (SCHRAUD l. c. 2. *Th.* p. 38.).

132) De peste a. 1720 *Aquis Sextiis* (Aix) rursus pullulante ait PAPON (op. c. T. I. p. 368.): „*Il paroît qu'on avoit trop négligé la désinfection des choses et des personnes; ce qui venoit sans doute du système dangereux de la non-contagion, que les médecins de Montpellier, envoyés par la cour, avoient cherché à accréditer.*"

133) De erroribus a Magistratu in peste Massiliensi a.

Caussa proxima. 7. *Caussa proxima* pestis in genere illaque symptomatum in specie in crassis humoribus[134]), in humoribus corruptis per malignam' auram intus ebullientem[135]), in putredine corporis[136]), praecipue cordis[137]), in primis viis[138]), in veneno occulto[139]) etc. quaerebatur; at sine omni scientiae et generis humani emolumento. Jure hinc historiographi medii aevi medicos criminantur aequales, quod grassante peste, pretiosissimum longe aliter impendendum tempus controversiis futilissimis de intima morbi natura triverint. Fugiamus itaque tale exemplum! Id nosse sufficiat,

1720 commissis disserens (Papon (op. c. T. I. p. 218.) exclamat: „*Mais comment le parlement, le commendant et l'intendant de la province abandonnèrent-ils à la négligence et à l'imperitie des magistrats de Marseille le soin d'arrêter les progrès du mal?*" Et ulterius de eâdem peste inquit: „*Ce malheur des Marseillais, malheur qui en occasionna beaucoup d'autres, fut donc de n'avoir pas à la tête de l'administration des personnes capables d'établir une police sévère et de la faire observer.*"

134) Actuarius method. med. lib. XII. cap. 11.

135) Morellus lib. de febr. purpur. et peste. cap. 2.

136) Sennert. Libr. IV. de febr. cap. 4.

137) Paré l. c. cap. 4. — Guinther ab Andernach l. c. p. 542. — Jourdan l. c. Tract. I. cap. 5. — Augenius de febribus lib. VI. c. 9. p. 241. — Massa l. c. l. I.

138) Salius Diversus l. c. cap. 5.

139) Fernelius de abdit. morb. causs. lib. II. cap. 12. p. 204. 205.

ciat, pestem esse morbum, *sui generis*, probe ab aliis similibus distinguendum.

§. VI.

D i a g n o s i s.

1. *Diagnosi pestis* tanto attentius operosiusve adlaborandum est medico, quod non jam hominis privati, sed communitatis, provinciae, regni res et salus agatur[1]). Tamen paucissimae exstant pestes, quarum initia a medicis, ut decet, agnitae fuerint*); et, quod probe notandum, semper error non in eo latuit, quod alius morbus pro peste habitus, sed contra, quod pestis cum aliis morbis confusa fuerit[2]). Momentum et errores.

2. Quid

1) Chenot (l. c. p. 87.): „Certe nulla, inquit, ignoratio, nulla reticentia, nullus error, nulla opinionis cujuscunque perversitas tanta reipublicae adferre queunt damna, quam in re tam seriâ et gravi sinistra judicia, aut praeposterae cunctationes, dissensiones, altercationes.“

*) Huc spectat pestis quae Moscuae a. 1770 apparuit. Etiamsi enim Poliater Rinder in diagnosi haesitasset, tamen reliqui medici in consultationem congregati sententia apodictica statuerunt: „morbum hunc pro vera peste habendum, nosocomium generale claudendum, et cum reliqua civitate communionem omnem interdicendam esse.“ (Orraeus l. c. p. 25.).

2) Celeberrimi medici, qui in diagnosi pestis sic erraverunt, sunt: Nicol. Massa, Hier. Mercurialis, Hier. Capivaccius, Chicoineau et Verney. De ultimis ait Papon (l. c. p. 250.): „*Qui croiroit que*

Caussae error.

2. Quid accusandum? — Sane neglectus doctrinae pestis in compendiis et scholis praxeos medices [3]); — timor periculi veritatem, in peste primûm affirmandâ, dicendi [4]); — medicorum cre-

des hommes qui pour leur réputation avoient merité cette marque de confiance (d'être envoyés par la cour pour juger l'état de la maladie), se méprirent aussi sur la nature du mal?" De primis disseruit pulcherrime RAMAZZINI (opp. p. 58.).

3) „Ipsae *scholae medicae*, inquit CHENOT (op. cit. Praefat.) circa nullum morbum infrequentius occupantur, quam circa pestem, quae tamen acutorum princeps et culmen est." Et ADAMI (l. c. Monita): „Percurras, quaeso, classicorum Auctorum pathologias omnes, adeas publicas professorum palaestras, an non de omni alio parvi etiam momenti morbo, deque ejus natura, caussis, signis etc. plurima verba, imo paginas plures conscriptas, et remedia, in quibus certius confidere queas; de morbis autem epidemicis, et cum primis de peste parum, aut ne hilum quidem, aut misceri quadrata rotundis?" Excipiendus tamen est summus SWIETENIUS in Commentariis. T. V. Cap. de morbis epidemicis.

4) Veronae a. 1630 medicus FRANCISCUS GRAZIOLO et chirurgus CAMILLUS GIORDANI pestis praesentiam affirmantes, ideo *a plebe fere lacerati fuere.* (PONA l. c.). Pestem Neapolim a. 1656 introductam medicorum quis illico agnovit: „*ma pervenuto all' orecchie del Vicerè, che costui andava pubblicando il male essere contagioso, fu il medico posto in oscura carcere, dove ammalatosi ottenne per sommo favore d'andare a morire in sua casa; d'onde gli altri medici fatti accorti proseguirono ad occultare la qualità del male.*"

credulorum coeca fides, in fabulas, quas homines, sese de contagio pestis illato reos sentientes, ad explicandas suorum mortes improvisas enarrare

(Giannone l. c.). In peste *Massiliensi* a. 1720: „*le peuple . . . prit tant de prévention contre les médecins, qu'il les insultoit publiquement dans les rues, les accusant de grossir le danger pour se rendre necessaires et s'enrichir.*" (Papon op. c. T. I. p. 225.). In peste *Messinam* die 20. Martii a. 1743 introductâ populus die 15. Maji pro superato morbo ad *Te Deum laudamus* sese jam accingebat, quum medicus ecclesiam intrans vere indixerit pestem rursus caput attulisse. Propagata hac notitia, populus furiosus redditus, medicum lacerasset, nisi is fugâ sibi consuluisset. — In peste Transylvaniae *chirurgus* quidam morbum illico agnovit, ast quum medicus morbi alius praesentiam affirmaret, ille tacendum esse putavit: „Eum enim medico plus sapere haud decebat." (Chenot l. c. p. 6.). Quum Orraeus consulto Moscuam missus fuisset, ut de morbo ibi a. 1771 grassante judicium proferret, quumque eum pro vera peste declarasset, cives egregium virum *tunquam falsarium objurgabant* (l. c. p. 28.). Haud dudum Tuneti medicus nosocomii *Emidio Santilli* pestis adventum affirmavit: alii vero medici contrariam sententiam defendebant. Sententiae plurimorum medicorum adhaerens: „*sua eccellenza il Bey si trasferì co' medici alla sala di giustizia, dove trovato quello menzionato dello spedale, lo rampognò fortemente ed aggravamente come turbatore della pubblica quiete, e gli venne ancora minacciata la morte, che per le persuasive di un' onesta persona di corte fu commutata in carcerazione e bastonate.* (Passeri l. c. p. 10.).

rare solent [5]); — propensio nimia medicorum morbos populares miseriae, cibis depravatis, jejunio tribuendi [6]); — apparitio quandoque symptomatum pestis gentilitiorum duntaxat post mortem [7]); aliàs cadaverum peste demortuorum conditio consueta [8]), et tandem similitudo pestis cum aliis morbis.

Morbi pesti similes. 3. Spectant huc *febres intermittentes perniciosae*, febres *continuae inflammatoriae*, *verminosae*, et *nervosae; typhus; apoplexia*, *parotitis*, *dysenteria*, *scrophulae*, ipsaque *syphilis* [9]). Ceterum similitudo istiusmodi morborum cum peste, utplurimum tanta non est, quominus a medico gnaro

5) In peste *Alt-Wukowar* primae feminae mors *morsui serpentis*, illaque alterius, *verberibus* a marito acceptis tribuebatur. (SCHRAUD l. c. 1. *Th.* p. 109.). Peste *Skochoy* ortâ, avia puellae, quae morbum intulerat, ejusdem domus habitantes exoravit, ut dicant, aegram *ictus ab equo accepti* culpâ mortuam esse (l. c. p. 275.). In peste a PFISTERER descriptâ (l. c.) *lapsus* a *scala* ut mortis causa accusabatur.

6) Sic medici Transylvaniae docuerunt, pestis, quam CHENOT descripsit (l. c. p. 6.) „originem a Valachorum *pauperie*, perpessis nupera hieme *miseriis*, rigorosa, quam gens servat, in quadragesima *abstinentia*, *prava diaeta*, repetendam esse."

7) §. IV. No. 1 (9.). 8) Ibid. (13.)

9) Immo SCHREIBER (l. c.) de peste *Ukrainiae* inter *syphilidem* et *pestem* admittit tantam affinitatem, ut illam *tardam pestem*, hanc *velocem syphilidem* adpellet. Digna est haec sententia philosophorum natura!

gnaro tum *praeceptorum generalium diagnosin pestis instituendi*, tumque *formarum* et *indolis specialium huic morbo propriarum*, distingui non possint.

4. En *praecepta generalia pro diagnosi pestis instituendâ*: A) Medici praxin in regionibus exercentes, quae aut Turcarum et Persarum Imperiis circumdantur, aut cum illis commercium alunt, continuo pestis periculi memores sunto. B) Maximum tale existiment periculum, dum certiores redduntur, pestem revera caput inter illos barbaros attulisse. C) Tunc praesertim quaevis mors improvisa et repentina sit illis suspecta. D) Perlustrentur ideo undique cadavera hominum sic peremtorum. E) Crescat pestis suspicio, si mortes improvisae et repentinae sibi invicem iisdem in domibus vel familiis rapide succedant. F) Item, si morbi, qui funeribus ansam dederunt, similibus plane symptomatibus stipati fuerint, sique morbi, grassari aliâs soliti, aut plane non compareant aut praemature evanescant[10]. G) Ae-

Praecepta generalia ad diagnosin pestis.

10) Loimologi saltem uno ore, MERTENS excepto, (op. c. P. III. cap. 4. p. 186.) fatentur, grassante peste alios morbos, acsi observantiâ ducti essent, silere, nullumque dari pestis brevi cessaturae certius indicium, quam apparitio aliorum morborum; quales esse solent febres intermittentes, praeprimis quartanae, leucophlegmatiae et variolae (ORRAEUS l. c. p. 68.). Interea alterâ ex parte asserunt: *morbos pesti intercurrentes*, pestilentiales evadere (NICOL. MASSA, SALIO

G) Aegro de tensione, dolore, ardore retro aures, circa collum, sub axillis et ad inguina, vel ad qualemcunque demum corporis partem conquerente; locus affectus caute[11]) quidem at illico in-

DIVERSO multisque aliis praeeuntibus, qui pestes a. 1656 Neapoli, Romae, Genuae grassantes descripserunt); quo probant, alios morbos pestis tempore *non silere*. Et re quidem vera lego cum peste simul observatas esse *febres intermittentes* et *catarrhales* (RACSAE v. l. c. p. 25.), *variolas benignas* et *morbillos* (PFISTERER l. c. p. 24.). Caeterum sententiam, morbos, qui pestis tempore grassantur, indolem pestilentialem induere, judex competens non indiscriminatim admittit. Loquor de CHENOT, qui in manuscripto, quod SCHRAUDIO videre contigit, sic ait: „Purpura (morbilli) quae per totam fere Transylvaniam grassabatur, et *ex suopte ingenio mitis erat*, in eadem domo tres proles habuit, ipsissimo tempore quo pestis quartam habebat, manifesto indicio, pestem caeteris morbis non perpetuo adjungi, quemadmodum medici loimographi passim tradiderunt." (SCHRAUD l. c. p. 33. not.). ORRAEUS (l. c. p. 66.) quidem fatetur in furore pestis, *epidemias* alias silere; ast animadvertit *affectus morbosos leviores* (videlicet gravedines faucium, dolores rheumaticos, stranguriam, pollutiones, urticariam, sudores et excoriationes digitorum pedis etc.) *valde communes esse*.

11) *Caute*, inquam, tum ob contagii periculum, tum ne iterum accidat, quod olim CHENOT contigit . . . . „puellam, inquit (l. c. p. 12.), reperi 18 circiter annorum . . . a qua ne verbum quidem extorquere potui: quumque parentes causam morbi et dolorem, quem versus pudenda querebatur, a menstruis fluxum me-

inspiciatur. H) Immo, ut de superficie externa aegroti de peste suspecti, certissima acquiratur notitia, inspectio aliter non fiat, quam denudato omnino universo corpore[12]). I) Obveniente *tumore glandularum* retro aures, circa collum, sub axillis et ad inguina, is non praepostere a *scrophulis* vel a *syphilide* repetendus, sed antea in habitum aegri, in statum reliquum systematis lymphatici, in durationem morbi, in sedem tumoris[13]) inquirendum, retinendumque pestem hominibus scrophulosis minime parcere[14]). Quoad bubonem inguinalem, pestilentialem a venereo[15])

 et

ditantibus repeterent, ex serie vero narratorum symptomatum bubonem latere suspicarer, exploraturo quid rei esset, *aegra alapam impingere tentavit.*" (Num vir egregius hac ex caussa, an serius a foetore cadaveris pestem acceperit, latet).

12) Ex neglectâ hac cautelâ graves errores in diagnosi pestis locum obtinuerunt.

13) „*Subaxillares* (bubones) sese collocabant tres fere digitos transversos infra cavi cognominis fundum, in aequa a tendinibus musculorum, pectoralis majoris et latissimi dorsalis, distantia." (CHENOT l. c.).

14) Inter alia, exemplum narrat ROCH (l. c. p. 53.).

15) „*Erscheint eine Pestbeule ganz ohne Begleitung anderer und ohne Begleitung von Carbunkeln ganz an der Stelle, wo venerische Bubonen sich zeigen, ist diese Pestbeule die erste Erscheinung; und zwar von nur sehr wenig merkbarem Allgemeinleiden begleitet, welches leichte Uebelbefinden wohl von der örtlichen Affection abgeleitet werden kann; so verführt dieses erste Stadium, oder der Anfang dieses individuellen Pestfalles zu der*

et qualicunque alio differre asserunt[16]) eo, quod ille in glandulis, quae musculo tricipiti duobus vel tribus digitis infra commissuram femoris insident, longe igitur profundius quam reliqui bubones locum obtineat. *Bubones* prout aut in ipsa glandula aut in annexa cellulosa, sedem figunt, in *veros* et *spurios* dividendos esse contenditur[17]). K) In dijudicandis anthracibus et carbunculis, et illorum, qui ex esu aut contactu carnium aliarumque partium, animalium morbo contagioso defunctorum, ortum ducunt, ratio habenda est[18]). Hi ab anthracibus et carbunculis pestilentibus in eo differunt, quod cum bubonibus societatem non ineant, contagio de homine in hominem transeundo careant, unâ cum lue pecudum obveniant, nonnullisque regionibus e. c. Hungariae et Sibiriae endemici sint[19]). Anthracem a carbunculo pestilentiali, aliis praeeuntibus[20]), distinximus, quatenus *anthrax* sistit *maculam*, praecipue dorsum et inguina occupantem; *carbunculus* vero *vesiculam*, sedem in capite, collo, mam-

irrigen Diagnose, dass es Syphilis sey." (Grohmann l. c. p. 87.).

16) Chenot l. c. p. 72. — Orraeus l. c. p. 95. — Ler.net l. c. p. 42.

17) Pfisterer l. c. p. 261.

18) Part. I. Vol. I. Sect. II. Cap. IV. §. XXI. 7.

19) Cfr. Cap. XIII. §. LXX. 2.

20) Buday, Schraud (op. c. 2. *Th.* p. 61.), Lerneto aliisque medicis Volhyniensibus.

mammis, extremitatibusque figentem. *Bullae* a *carbunculis* in peste differunt, quoniam illae doloris, phlogoseos et gangraenae expertes sunt, et disruptae plagam rubram, brevi epidermide normali obducendam relinquunt[21]). Sunt qui *carbunculum* in *humidum* et *siccum* dividant*).

5. Ad pestem constituendam nec *febris*[22]), nec alterâ ex parte *bubones*, *anthraces* et *carbunculi* absolute requiruntur. De simplici enim *febri pestilentiali* testatur vir expertissimus[23]). Et quid mirum? Si variolae, morbilli et scarlatina, *una febre*, absque exanthemate obvenire possint[24]), cur non pestis quoque *solâ febre*, abs- Formae pestis.

21) Schraud l. c. p. 63.

*) Orraeus (l. c. p. 96.) inquit: „Ille semper inflammationem praecursorem et comitem habet; hic vero sine illa provenit et cursum suum absolvit."

22) Cfr. §. III. No. 1 (17.). Ait praeterea Schraud (l. c. 2. *Th.* p. 54.): „*Aus dem, was wir bishero von dem Wesen der Pest gesagt haben, folgt unmittelbar* . . . . *dass ein Fieber keineswegs den wesentlichen Charakteren derselben zugerechnet werden könne.*"

23) Chenot (l. c. p. 50.) quaerit: „*An datur febris pestilentialis sine peste?* Si quis pestilentem febrim nominare velit, quae bubonibus et carbunculis destituitur, caeterum ipsam pestem saevitie et interimendi celeritate superat, nullasque praeter petechias, easque non semper eruptiones ostendit; eam in aliquibus aegris me observasse asseram."

24) Cfr. capita de hisce morbis in P. I. Vol. III. Sect. I.

absque bubonibus, anthracibus et carbunculis obveniret? Praeterea qui peste, veluti fulminis ictu necantur, procul dubio sine febre aliisque pestis consuetis indiciis pereunt[25]). Casus sane hujusmodi (inprimis si etiam in cadaveribus pestis signa non comparerent) ingruente primûm quemdam in locum hac lue, difficultates insuperabiles in diagnosi exhiberent*); non ita serius, cognito jam morbo ex aliis exemplis, notas pestis gentilitias exhibentibus. Nec pestis diagnosis ab *uno* duntaxat alterove casu, nisi evidentissimo, a medico unquam postulatur[26]). Satis tunc, ut res

25) Non sine ratione Andreas Dudith in epistola quadam ad Petrum Monavium (quae est Epist. med. a Scholzio collect. 52.) ita scribit: „Pesti necessario febrem adesse non prius credam, quam tu affirmaris et bonis rationibus illud me docueris, an eos, qui subito correpti concidunt in mediis compitis ac triviis, cum antea incolumes domo egressi essent, febre etiam affectos fuisse tam subita, tam improvisa, tam insensibili, dicendum sit."

*) „Ipsa pestis quandoque sub larva aliorum morborum latuit. Dum anno 1713 Vindobonae grassabatur, saepe occultabatur sub pleuritidis, catarrhi, anginae specie; brevi post prodibant bubones et carbunculi, certissimi pestis testes, et stipati solitis symptomatibus." (Swieten l. c. §. 1404. et *Wiener Pestbeschreibung und Infections-Ordnung* p. 245.).

26) „Ut absoluta denotetur pestis, debent haec omnia symptomata in aliquibus, aut pluribus aegris observari." (Mertens op. c. P. II. cap. 2. p. 98.). Et Grohmann (l. c. p. 33.): „*Die Geschichte der in*

res ab eo non leviter pertractetur, utque dubia respectu ad morbum propius definiendum relicta, magistratui prudenter manifestentur [27]. Haec maxi-

verschiedenen Staaten grassirenden Pesten beweist uns so ziemlich allgemein gültig, dass wir bis jetzt die Diagnose nur erst von einer Vielzahl (Mehrzahl?) individueller Pestfälle zu abstrahiren im Stande sind, und dass wir für den einzelnen Fall, in welchem nicht jene eigenthümlichen Pesterscheinungen deutlich charakteristisch sich vorfinden, noch gar keine Diagnose haben."

27) Peste *Alt-Wukowarii* primûm apparente, Commissarius Imperialis perspexit, non deesse, qui in morbi diagnosi proclamanda, quippe legum severitatem in casu erroris timentes, cunctarent. Eorum pusillanimitatem vir egregius fugavit declarando: *„Das Gesetz, welches den Verheimlicher der Pest zum Tode verdamme, seye in Rücksicht der Aerzte schon an sich selbst unbrauchbar und unanwendbar, da jeder diessfalls angeklagte Arzt stets seine eigene Ueberzeugung leugnen könne. Desselben Anwendung auf den entgegengesetzten Fall laufe allen Grundsätzen der Gesetzanwendung zuwider. Die Entscheidung medicinischer Fragen beruhe auf der Berechnung und Abwägung der Wahrscheinlichkeiten, für welche keine gesetzliche Richtschnur vorgeschrieben und gehandhabt werden könne. Der Arzt, welcher die Pest ankündige, wo sie nicht ist, irre nur zum Vortheil des allgemeinen Wesens, und verdiene nicht bloss die Verzeihung des Irrthums, sondern noch vielmehr Belobung der pflichtmässigen Wachsamkeit und Aufmerksamkeit. Blosse Vermuthung der Pest, von einem Arzte ausgesprochen, müsse für die bürgerlichen Beamten hinlängliche Aufforderung zu allen Vorkehrungen seyn, welche für den Fall der Wirklichkeit der-*

maxima esse solent, ubi peste in viciniis vigente, alter quidam morbus epidemice manifestatur [28]); aut ubi vigente peste meticulosi ex terrore aegrotant *).

Continuatio argumenti.

6. Ad dubia, quae pestis diagnosin circumdant, magis magisque diluenda, et *symptomatum minus essentialium* consideratio conducit. Haec inter *maculae cutis lenticulares et aliae* primum occupant locum. Quaeritur, num ad *peticulas*, num ad *ecchymomata* spectent. Peticularum genuinarum in peste proventum negant, qui hoc exanthema in nosologiis tanquam morbum specificum stabilierunt [29]). Quamvis libenter concedamus loimologos plus vice simplici ecchymomata pro peticulis habuisse, id tamen non de omnibus, teste inter alios CHENOT [30]), concedere possumus. Noso-

selben festgesetzt sind." (SCHRAUD l. c. 1. *Th.* p. 110.).

28) Peste Nojae grassante, typhus et dysenteria in oppidis vicinis cum magno habitantium terrore, apparuit. (SCHÖNBERG l. c. p. 35.).

*) „Innumeras historias referre possem morborum *ab animi pathematibus*, vigente peste, ortorum. . . . Uxor mea dum, mense Augusto, multi in vicinia moriebantur, audit mulierem, quae pridie cum alia in domo nostra habitante communicationem habuerit, peste succubuisse; ex subito terrore, febre inflammatoria corripitur cum cardialgia." (MERTENS l. c. P. II. cap. 3. p. 176.).

29) Cfr. Part. I. Vol. I. Sect. II. cap. VII.

30) „Petechiae parvae numerosae, confertae, quarto,

Nosologiarum igitur laqueis non impliciti, in peste praesentiam modo *peticularum* modo *ecchymomatum* admittere minime haesitamus[31]). Eadem ratione, praeter bullas, et *miliaria*[32]), ut pestis accidentale symptoma, haud in dubium vocamus. *Tumor glandularum parotidum*, pesti saepe sat familiaris[33]), in regionibus, ubi tumores

septimo, nono et subinde seriori die, praesente saepe tussiculâ, et levi, quae non aderat, anxietate, morbo etiam caeterum ad votum pergente, cum levamine omnium symptomatum, ortis bubonibus et carbunculis, superveniebant in multis aegris; et unum alterumve nychthemeron prostabant rubrae, sensimque minus coloratae tandem evanescebant. . . . Maculae latissimae concolores, rubrae purpureaeve, nunc brachia, nunc femora, pedes, pectus obsidentes una cum bubonibus et carbunculis, *subinde et cum ipsis his petechiis*, nonnunquam adspruere." (l. c. p. 85. 86.).

31) Praecepta peticulas ab ecchymomatibus distinguendi traduntur in Part. I. Vol. III. Sect. II. Cap. de ecchymomate.

32) P. I. Vol. I. Sect. II. Cap. VIII. Adde Chenot testimonium, ubi narrat (l. c. p. 87.): „Unum mulieris defunctae cadaver lenticularium petechiarum loco exhibuit *piperis granum colore et mole referentes pustulas*, quarum authores quoque meminerunt."

33) §. III. No. 1 (53.). „In peste Moscovensi tanquam phaenomenon singulare observabatur, quod fere *omnes* in carceribus infecti *captivi*, *parotidibus insignirentur*." (Orraeus l. c. p. 153.).

res parotidum alioquin endemici sunt[34]), diagnosin difficiliorem reddit[35]). Ast hic perpendendum, consuetos parotidum tumores[36]), utut caeterum graves, nunquam bubones, anthraces et carbunculos socios agnoscere, et alterâ ex parte pestilentiales parotides a metastasi ad testiculos et ovaria (illis communi) alienas esse[37]). Ut *nausea* et *vertigo* (consuetissima pestis symptomata[38])), se clare prodant, ab aegroto gressus nonnulli exposcendi sunt[39]). Postremo a symptomatibus pestis ipsius, *phaenomena*, quae a *desperatione* pullulant[40]), distingui debent.

7. Con-

34) Exemplum hujus generis *Ostrovae* habebatur. (Pfistérer l. c. p. 263.).

35) „*Mehrmals hatte ich Gelegenheit zu bemerken, dass die Pest mit den sogenannten Oreillons, oder acuten Ohrendrüsen-Geschwulst verwechselt wurde, wenn nur die Ohrendrüsen allein, wie es oft geschah, afficirt wurden.*" (Grohmann l. c. p. 87.).

36) Cfr. P. III. Vol. I. Sect. I. Caput de parotitide.

37) Pfisterer l. c. p. 265. 38) §. III. No. 1 (74.).

39) „. . . *wo dann, wenn Schwindel wirklich vorhanden war, dieser so heftig wird, dass der Kranke sich schwer auf den Füssen erhalten kann. So verhält es sich ebenfalls mit der* nausea, *die so zunimmt, dass der Kranke . . . auch zum wirklichen Erbrechen und Würgen kommt.*" (Grohmann l. c. p. 94.).

40) Phaenomena haec facile mente concipi queunt, si positio aegrorum peste detentorum perpendatur, de qua, tempore pestis Toulon. 1720 sic rationem reddit Papon (op. c. T. I. p. 255.): „*Les pestiférés, sequestrés dans un grenier, ou dans l'appartement le plus re-*

7. Consentiunt medici quatenus *pestem bubonicam* seu *orientalem*, pro *morbo sui generis* declarant. Hoc autem non impedit, quominus morbus etiamsi specificus, variolarum, morbillorum et scarlatinae instar, pro varia constitutione epidemica et aegrorum, *variam indolem* induere possit. Varia haec pestis indoles a remotis temporibus[41]) innotuit; unde divisiones illius nunc in *humoralem* et *spiritualem*[42]), nunc in *externam* et *internam*[43]), nunc in *benignam* et *malignam*[44]), P. indoles.

culé de la maison, sans moeubles, couverts de vieux haillons, n'avoient à côté d'eux qu'une cruche d'eau, qu'on y avoit mise en fuyant, et dont il falloit qu'ils s'abreuvassent eux même malgré leur foiblesse; souvent on leur versoit dans une écuelle placée à la porte de leur chambre un bouillon qu'ils alloient prendre avec une peine extrême, et en se trainant. Ils avoient beau gémir et se plaindre; on les exhortoit de loin à ne pas se décourager, et cependant on les traitoit comme n'ayant plus d'espoir de prolonger leur vie. . . Le comble de l'horreur c'étoit de voir quelquefois plusieurs cadavres dans un appartement où il y avoit encore des malades . . . dans l'état affreux où ils se trouvoient, tout décéloit le trouble de leur âme; des yeux étincellans, un regard égaré, le visage livide. . . Ces malheureux mouroient dans l'abandon, laissant à ses parens ingrats une succession quelquefois immense, qui, dans ces derniers momens ne leur avoient été d'aucun secours."

41) Cfr. Thibaut l. c. de peste a. 1502.

42) Capivaci Lib. VII. c. 38.

43) Idem, ibidem.

lignam [44]), nunc in *simplicem* et *complicatam* [45]). Huic ultimae divisioni, praecipue a CHENOT [46]), LANGE [47]) et SCHRAUD [48]) stabilitae, standum; pestem complicatam iterum subdividendo in *inflammatoriam*, *gastricam* et *nerveam*.

Pestis simplex. 8. *Pestis simplex*, saepe *sporadica* [49]), orditur levi brevique horrore; calor huic succedens sanum fere adaequat et constans est; pulsus robore et velocitate ad normalem accedit; capitis gravitas et dolor mitis; mens solito quidem hebetior caeterum illibata: mera anorexia, sitis vix ulla. Hisce symptomatibus *bubo* accedit, symptomata nisi levans, saltem vix exasperans, exiguam molestiam, parumque doloris procreans, tantisper mole crescens et circa quartum diem una cum reliquis symptomatibus evanescens. Aliâs ipsa haec pestis paululum gravius affligit. Horripilatio nempe est priore manifestior, quidquam prolixior, calor succedit non intensus quidem,

44) SEELE v. SCHRAUD l. c. 2. *Th.* p. 65.

45) SCHRAUD l. c. 46) Op. c. p. 60—72.

47) Rudimenta doctrinae pestis p. 48.

48) Op. c. 2. *Th.* p. 65—97.

49) Pestem interdum sporadicam esse jam GUINTH. AB ANDERNACH (de med. vet. et nov. comment. I. dial. 8. p. 542.) observavit; ac quotidiana experientia Byzantii comprobat. Errat hinc CURT SPRENGEL (*Versuch einer pragmatischen Geschichte der Heilkunde.* 3. *B.* p. 131.) ubi ex hoc concludit, auctores, qui de peste sporadica loquuntur, hunc morbum cum typho confudisse.

dem, sed perstans, fere udus; lumborum gravitas dolorque major; stupor ineuntis temulentiae aemulus; cephalalgia per intervalla pungens; pulsus sano velocior, fortis et duriusculus; facies paulo rubicundior; sitis infrequens, os non tam amarum quam sordidum; anxietas aliqualis. Bubo, si jam natus, incrementum capit, aut post nychthemerum demum nascitur, mitescente simul febre, pulsu tardiore, molliore reddito, auctaque circa quartum diem cutis excretione. Sequentibus diebus rursus febris exacerbatio accedere, at circa septimum diem una cum reliquis symptomatibus evanescere solet; saepe quidem una cum bubonis germine; non raro eodem adhuc remanente, nec adeo eminente et ita postea dissipando. Contingit quoque, tumorem in ovi gallinacei magnitudinem assurgere, et seriore tantum die dissipari. Subinde quoque suppuratur. Interdum circa diem morbi quartum *carbunculus* accedit, qui ad nonum usque inflammatur, suaque stadia, aegris primis potissimum diebus in somnum proclivibus, placide percurrit. Sic affecti suam, sine metu animique prostratione, aegritudinem ferunt. Ad eos spectant homines bonae temperiei, a vitiis gastricis alieni. Verosimile est, hac sub rerum positione, faventeque simul annua constitutione, contagii vim maxime ad systema vasorum lymphaticorum circumscriptam esse.

9. Pe-

Pest. inflammatoria.

9. *Pestis inflammatoria*[50]) ingruit horrore sat gravi[51]), frequenter caloribus interturbato. Calor sequens fere aestuosus, aequabilis tamen. Cutis siccissima; pulsus fortis, fere durus; sitis frequens, lingua sicca, alba; lumborum, aliquando et dorsi molestus dolor; cephalaea, facies rubra, tumida; oculi tristes, scintillantes tamen; mentis stupor, temulentia, vertigo; vigiliae, deliria furiosa; nausea, vomitus; respiratio celeris, difficilis, anxia; tussicula, suspiria frequentia; hypochondriorum tensio; diarrhoea biliosa, foetida; bubones rubri admodum dolentes, rapide assurgentes, sociis circa quartum morbi diem amplis anthracibus et carbunculis[52]). Nec in-

50) Inflammatoria videtur fuisse pestis a. 1350—52 in Russia observata (Richter l. c. 1. *B.* p. 214). Pulchre ait Schraud (l. c. 2. *Th.* p. 75.): „*Zuerst müssen wir aus unserer Erfahrung die Meinung jener Schriftsteller widerlegen, welche die Pest als eine einzelne Abart der Faulfieber oder Nervenfieber schildern.*“ Provocat simul ad observationes Dr. Seele, qui sic scribit: „*Bey einigen schienen mir manche Zufälle wenigstens Hang zur Entzündung zu verrathen. Der Kopfschmerz war sehr heftig; die Röthe des Gesichtes dunkel; Hitze und Durst gross, der Puls zwar nicht hart, nicht gespannt, aber doch voller, stärker.*“

51) Ob symptoma illud intelligitur, cur pestis ingruens interdum pro *febre intermittente* habita fuerit, ut videre est apud Grohmann (l. c. p. 86.).

52) „*Einen zweyten Beweis für unsern Satz giebt die Heftigkeit der Schmerzen . . . die örtliche Beschaffenheit*

inconsuetae sunt peticulae et miliaria. Item epistaxis. Ubi morbus mitius decurrit manifestas exhibet remissiones et exacerbationes. Protrahitur felici in casu a quarto ad septimum, decimum, decimum quartum, subinde et seriorem diem; superstite tamen saepissime febricula, sub qua bubo maturitatem adipiscitur et eschara a carbunculo recedit. Pestis inflammatoria in hominibus robustis, gulae et potui liquorum fermentatorum indulgentibus evolvi solet[53]). Constat, illam *phlogoses*, potissimum cerebri[54]) socias

der Exantheme, welche in vielen Fällen, durch die Härte, dunkle Röthe und pulsirende Erhabenheit der Geschwulst, durch die tief entzündete Begränzung bey Anthracen und Carfunkeln, durch die bald eintretende gutartige Eyterung, durch die Eilfertigkeit der Vernarbung unstreitige Belege für die Gegenwart tonischer Anlage und plastischer Fähigkeiten darboten." (SCHRAUD l. c. p. 7.).

53) „Hujus erant typi calidae temperiei homines." (CHENOT l. c. p. 63.). Et SCHRAUD (l. c.): „*Allgemein haben wir bemerkt, dass Leute von festem Körperbau, starker Muskelkraft, gesunder Vollsäftigkeit, wenn sie mit der Pest befallen wurden, dieselbe im hohen Grade erlitten haben.*"

54) „*Schon oben haben wir der Gehirnentzündung, als eines zur Pest sich gesellenden Zufalles, der genaue Würdigung erheische, erwähnt. . . . Es giebt einen Kopfschmerz, sagt* BUDAY, *wo, neben der heftigsten, wuthvollen Raserey, das Gesicht der Kranken roth und strotzend ist, die Augen blutig unterlofen sind, und den Kranken ein heftiger Durst quält.*

cias agnoscere. Status cordis et arteriarum necdum satis hic innotuit.

Pestis gastrica. 10. *Pestis gastrica* rursus in *biliosam*, *pituitosam* et *verminosam*, dividenda. In *peste gastrico-biliosa*, teste CHENOT[55]), horripilatio cum calore crebro alternat; ingens capitis dolor, acriter rodens, interdum acutissime vibrans; vertigo (erectionem trunci impediens[56])), temulentia, artuum confractio, lumborum ardor, gravis anxietas sub ipsis initiis, aut non multo post, insimul cum vomitu bilioso[57]), nullum levamen inducente, affligunt. Pulsus celer, contractus, debiliter feriens, rhythmo et robore fere semper inaequalis. Calor externe praesertim in artubus mitis, quin subinde udus, in internis aestuosus. Nullae febris evidentes remissiones[58]). Oculi torvi, vagi, fulgidi, rubri, serosi[59]). Facies turgida, fere flammea, lingua valde calida, flaccida, exserta tremula, in progressu siccior, ex flavo

Entstehet hier ein Nasenbluten; so hört der Kopfschmerz auf; der Kranke ist gerettet, und das Uibel geht einen sanften Gang zur Genesung fort." (SCHRAUD l. c. p. 80.).

55) l. c. p. 64.

56) SEELE apud SCHRAUD l. c. 2. *Th.* p. 86.

57) SEELE l. c.

58) „*Auch fehlten hier jene beym eigenthümlichen Gallenfieber gewöhnlichen Exacerbationen und Remissionen.*" (SEELE l. c. p. 87.).

59) „*Die Augen waren wässericht.*" (SEELE l. c.).

flavo viridescens, tandem fere nigra; sitis inexplebilis: respiratio inaequalis, difficilis, anxia. Ardor circa praecordia, inquietudo, jactatio; deliria quandoque etiam sat tumultuosa, atrocia, furiosa; vigiliae aut continuae aut fallaci somni specie interruptae; anima sudorque foetentes; syncopae; faeces liquidae, foetidae, nonnunquam dysenteriae[60]); tremores convulsivi, mors. Pestis tali pacto constituta sub caloribus aestivis[61]) obvenit, praesertim in hominibus, qui diaeta cruda vescuntur, vitamque desidiosam ducunt[62]).

In-

60) De peste urbis *Mielnitz* a. 1796 ait Schraud (op. c. 2. *Th.* p. 133.): „*Da die Krankheit allen Anschein der Ruhr hatte, und von keinen wesentlichen Pestausschlägen begleitet war, musste noch an dem Daseyn derselben gezweifelt werden, bis ein neuer im nächsten Monathe erfolgter Todesfall, wo der Mann einen Karfunkel unter der Achsel hatte, die Frage entschied.*"

61) Seele de peste biliosa Sirmensi a. 1796 narrans sic scribit (apud Schraud l. c. 2. *Th.* p. 85.): „*Die Witterung war dieses Jahr seit dem ersten Frühling beständig trocken und heiss gewesen; selten hatten Donnerwetter, Wind oder Regen die schwüle Luft auf kurze Zeit in etwas abgekühlt. Gleiche Beschaffenheit hatte sie auch den September hindurch, nur dass die Nächte kühl waren.*"

62) „. . . qui carnibus assis, lardo, caseo, paucis vegetabilibus vesci, aromatis, vino ejusque spiritu abuti, vitamque sedentariam vivere solebant." (Chenot l. c.). „*Die Lebensart der Illyrischen Einwohner Sirmiens, welche während ihrer langen Fasten bloss von Fischen, Erbsen, Linsen, Bohnen; ausser derselben bloss*

Interea symptomata biliosa in peste non semper caussam tam materialem habere, saepeque *nervorum* potius *consensui* cum cerebro tribuenda esse, attentos illius morbi observatores non diu latuit[63]). Nec pestis *complicatio bilioso-inflammatoria* praetervisa est[64]). Idem in pestis complica-

von Schöpsen- und Schweinfleisch leben, überdem geistige Getränke, besonders ihren sogenannten Rakia (Zwespenbranntwein) häufig missbrauchen, musste die Geneigtheit und Anlage zu gastrischen besonders gallichten Krankheiten sehr begünstigen." (Seele l. c. p. 86.).

63) „*Im Anfange täuschten mich auch bey diesen Kranken die Zufalle und Erscheinungen der Galle; ich verkannte die Nervenzufalle für Wirkungen derselben und wähnte, sie am sichersten durch die Entfernung dieser Ursachen zu heben: ich verordnete allen Brechmittel u. dgl., allein der Erfolg dieser Mittel war meiner Erwartung sehr wenig entsprechend . . . durch diese Erfahrung und durch genauere Beobachtung der Zufalle belehrt, erkannte ich bald, dass das Gallenfieber meiner Kranken zweyfacher Art sey; entweder blos allein gallicht oder gallicht verbunden mit zu grosser Reitzbarkeit der Nerven.*" (Seele l. c.).

64) „*Nur wenige Beyspiele sind mir vorgekommen, wo wahrscheinlich die Verwicklung der Pest mit gallichtem Entzündungsfieber Statt hatte. Die Kranken waren starke, dem Missbrauch geistiger Getränke ergebene Männer. . . . Sie klagten über äusserst heftige Kopfschmerzen, das ganze Gesicht war roth, die Augen funkelten, die Zunge war weiss, der Geschmack bitter, auch hatten sie mitunter Erbrechen, Anwandlungen von wüthendem Wahnsinn; der Puls war voll, stark, etwas weniger härtlich: die Beulen und Anthra-*

plicationes attentissimus author[65]), illius quoque *complicationem gastrico-pituitosam* statuit. Haec complicatio in multis quidem biliosae similis est; ast cephalaea et vertigo minores sunt, frigus et calor debiliores; lingua muco tenaci obducta; sapor oris nauseosus. Obveniunt vomituritiones inanes, vomitusque paucus muci. Aegri de cardialgia et anxietate conqueruntur; difficulter profundum ducunt spiritum; et tussis ope mucum rejiciunt. Urinam habent pallidam cum nubecula natante; alvus illis tarda est; pulsus parvus sed regularis. De *vermium* rejectione in descriptionibus omnium fere pestium, praesertim inter infantes[66]), per transennam quaestio fit; at nul-

O 2 libi

ces waren sehr entzündet, hart und schmerzhaft." (Seele l. c. p. 82.).

65) Dr. Seele a Schraudio magni habitus (l. c. p. 92.).

66) De *peste infantum* ait Grohmann (l. c. p. 48): „*ihr Verlauf ist rascher, schneller, unbestimmter, intensiver. Das Kind ist mit einmal auf das heftigste ergriffen, die Symptome drängen sich schneller und rascher aufeinander, und lassen sich weniger deutlich unterscheiden. Ferner zeichnen sich hier besonders Convulsionen und Eklampsien aus, die ununterbrochen bis ans Ende fortdauern. Diesen Krämpfen ist oft ein Schüttelfrost beygesellt, der den ganzen Körper wie erstarrt und ihm ein bläuliches Ansehen gibt. Endlich war es vorzüglich bey Kindern, wo nach oben und unten Würmer ausgeleert wurden; doch passt diese Erscheinung nicht bloss auf Kinder, sondern auch*

libi signa specialia hujus complicationis invenire licuit.

Pestis nervea.

11. Complicationes hucusque allatae, nisi succurrere liceat, ocyus serius in *pestem nerveam*, aut potius *putridam* transeunt. Alias *pestis* in primo origine *nervea*, id est, mox peculiari *systematis nervosi labefactatione* stipata conspicitur. Observante CHENOT[67]), acutissima est haec pestis. Ingruit ipsa cum horroris calorisque diuturna successione, magna anxietate et praecordiorum angustia; pulsu sano vix celeriore, exili, haud elato, et prementem digitum nonnisi leviter reverberante, subinde et se eidem subducente. Adest simul subita eaque ingens virium prostratio; capitis gravitas, stupor, temulentia; oculorum languor et moestitia; linguae flacciditas et exsertae tremor. Calor valde mitis, fere ut in sanis. Sitis nulla aut exigua et infrequens. Jam in ipsis initiis nausea vomituritioque, saepe et ipse vomitus vexat; pusillanimitas et formido mortis aegros tenet; mite delirant, subinde et mente omnino constant. Respiratio saepe illibata perstat. Accedit non raro, progresso praesertim morbo,

auf Erwachsene, verdient aber auf jeden Fall eine besondere Rücksicht, da dieses Phaenomen nicht ganz zufällig, sondern durch die unmittelbare Wirkung des Peststoffes selbst bedingt zu seyn scheint." Praeterea observante SAMOILOVITZ (l. c.) infantum pestis saepe bubonibus destituitur.

67) l. c. p. 66.

morbo, diarrhoea colliquescens; rarissime notae pestis externae observantur. Peticulae latae, discretae, lividae, nigrae, plerosque deturpant. Subinde unus alterve carbunculus, sine notabili inflammatione; bubo aut omnino latens, aut haud multum prostans. Lucta vitae et necis raro longa est, et ingens circum praecordia ardor cum siti inexplebili solet esse ultima mentis in corpore aerumna, quam pro majori minorive mali saevitie tertii sextive diei intercapedo claudere solet [68]).

§. VII.

68) Seele pestem hanc sub nomine *Pest mit ursprünglichem Faulfieber* describit. Desciiptio ejus parum ab illa Chenot differt; sic enim scribit: „. . . *Einige, die des Nachmittags ins Spital gebracht wurden, hatte ich selbst am Morgen noch, dem äussern Anschein nach, gesund gesehen. Kurze Kälte, mit darauf folgender anhaltender Hitze, Kopfschmerz und Schwindel, machten den Anfang der Krankheit aus: wenige Stunden nachher erfolgte Verwirrung des Geistes, Abnahme der Sinne, äusserste Betäubung. Sie lagen unbeweglich auf dem Rücken; einige zitterten; andere hatten mehr oder weniger merkliche Zuckungen. Die Augen waren roth, wässerig, schmuzig; der Blick starr; das Gesicht erdfarbig; die Zunge schwärzlich, trocken; das Athemholen röchelnd; die Haut war brennend heiss, trocken, mit Petechien bedeckt, welche grosse blaue Flecke bildeten; die unwissend abgehende Leibesöffnung war äusserst stinkend; der Urin ging nur tropfenweise ab; der Puls war klein, schnell, kaum zu zählen, bey einigen kaum fühlbar.*" (Schraud l. c. p. 95.).

§. VII.

P r o g n o s i s.

Pernicies. 1. Pestis omnes, quae genus humanum unquam afflixerunt, calamitates transcendit[1]); funera

1) Illarum calamitatum sequens PETRARCAE epistola exhibet imaginem: „Mi frater, mi frater, mi frater! ... Heu mihi, frater amantissime, quid dicam? Unde ordiar? Quonam vertar? Undique dolor, terror undique! In me uno videas, quod de tanta urbe apud Virgilium legisti: „namque crudelis ubique luctus, ubique pavor et plurima mortis imago." — Utinam, frater, aut nunquam natus, aut prius exstinctus forem! — Hic annus non solum nos amicis, sed mundum omnem gentibus spoliavit. Cui, si quid defuit, sequens ecce annus, illius reliquias demetit, et, quidquid illi procellae superfuerat, mortifera falce prosequitur. Quando hoc posteritas credet, fuisse tempus, sine coeli aut telluris incendio, sine bellis aut alia clade visibili, quo non haec pars aut illa terrarum, sed universus fere orbis sine habitatore remanserit? Quando unquam tale quid visum, aut fando auditum: quibus hoc unquam annalibus lectum est, vacuae domos, derelictae urbes, squalida rura, arva cadaveribus angusta, horrendam vastamque toto orbe solitudinem? Consule historicos; silent. Interroga physicos; obstupescunt. Quaere a philosophis; humeros contrahunt, frontem rugant, et, digitulo labris impresso, silentium jubent. Credes ista posteritas? cum ipsi, qui vidimus, vix credamus, somnia credituri, nisi experrecti, apertis haec oculis cerneremus, et, lustrata urbe, funeribus suis plena, domum reversi, exoptatis pignoribus vacuam illam reperientes, sciremus utique vera esse, quae gemimus." (l. c.).

nera funeribus cumulando [2]) illius extinctionem (nisi

2) Pestis trucidavit a. DXLI. in nonnullis *Italiae* locis dimidium incolarum (PROCOP. hist. arcan. c. 18. p. 56. Opp. T. II.); *Byzantii* tot hominum, ut loca pro sepultura amplius inveniri haud potuerint (PROCOP. de bello Persico. lib. II. c. 23. p. 145.); a. MXC. *Kiewi* spatio quadraginta dierum 7000 habitatorum (RICHTER op. c. 1. *Th.* p. 178.); a. MCCXXX. *Smolenskii* spatio bienni illorum 32,000 (RICHTER ibid. p. 193.); a. MCCCXLVI. *Sinensium* 8,000,000 (DEGUIGNES l. c. p. 224.) longeque ultra *Turcarum* (BARNES l. c. p. 434.); a. MCCCXLVIII. *Florentinorum* 100,000. (BOCCACCIO l. c.); *Sienensium* 70,000 (TROMBY *storia di St. Brunone e dell' ordine Cartusiano. Vol.* 6. *lib.* 8. p. 235. *Napoli* 1771. *fol.*); *Monachorum* ex ordine St. Francisci in sola *Italia* 30,000 (VITODURAN in Eccard.); *Gallorum* duas tertias partes incolarum (VILLARET et GARNIER *hist. de France. Vol.* 8. p. 471.); *Avenionensium* 60,000 (BALUZ l. c. Vol. I. p. 326.); *Parisiensium* quotidie 500 (FELIBIEN l. c. MEZÉRAY l. c.); *Germanorum* 1,244,400 (BARNES l. c. p. 435. Sola *Vindobona* uno die 960 mortuos numeravit teste PEZ l. c. vol. I. p. 412.); *Gluchuviae* et *Belosori* incolas omnes (RICHTER l. c. 1. *Th.* p. 209.); a. MCDXVI. spatio duorum mensium *Ragusae* 3800 (FRARI l. c. p. 326.); a. MCDXXIII. curriculo octo mensium *Brixianos* 8,000 (Idem, ibid.); a. MCDXXVIII. *Curzolae* ex civium 6000, relictis mille (FRARI l. c. p. 328.); a. MCDL. infra duos menses *Parisiensium* 40,000 (teste QUERCETANO. SENAC. l. c. p. 23.); a. MCDLXVII. *Nowogorodensium* 230,600 (RICHTER op. c. 1. *Th.* p. 244.); a. MDXXVI. tempore viginti mensium incolarum Provinciae *Raghusae* 20,000 (FRARI l. c. p.

(nisi providentia divina aliter decrevisset[1])) minare-

349.); a. MDLXXIV. et VII. *Lovaniensium* 500 de die (Gemma l. c.); a. MDLXXVI. spatio septemdecim mensium *Venetorum* 60,000 (Frari l. c. p. 366.) et *Mediolanensium* 18,300 (Lud. Settala l. c.); a. MDLXXX—I. *Aegyptiorum* 500,000 (Prosp. Alpinus l. c.); a. MDCIII. *Londinensium* quavis hebdomade 2000 et a. MDCIX. illorum 11,587 (Lebenwaldt l. c.); a. MDCVII—VIII. *Spalati* inter quinque millia habitantium 4000 (Frari l. c. p. 374.); a. MDCX. *Basiliensium* 4000 (Wursteisen l. c.); a. MDCXXIII—V. *Petaviensium* quotquot erant (Lebenwaldt l. c.); a. MDCXXVIII—IX. *Lugdunensium* nisi 71,000 saltem 35,000 (Papon op. c. T. I. p. 184.); a. MDCXXIX. *Montispessulaniorum* 4000 et ultra (Idem, ibid.); *Dignensium* spatio quinque mensium inter decem millia 8500 (Id. ib. p. 205.) et *Mediolanensium* sub morbi acme de die 3555, in toto 160,000 (Tadino l. c.); a. MDCXXX. Veronensium a die 10. usque ad 16. Junii quotidie 200—350, in toto 32,903 (Pona l. c.); incolarum *Venetiae* spatio undecim mensium 94,236, videlicet 11,456 gravidas et puerperas; 29,356 alias feminas; 5,034 juvenes ab anno aetatis decimo quarto ad vigesimum primum; 21,751 infantes; 1142 sacerdotes, clericos et monachos; 25,280 cives, mercatores, artifices etc. et 217 nobiles et patricios (Pona l. c.), totiusque Reipublicae *Venetae* 500,000 (Nani l. c.); a. MDCLIV. *Hafniensium* 9000 (Bartholinus l. c.); a. MDCLVI. *Neapolitanorum* sex mensium spatio 400,000, ita ut mensis Julii dies habuerit, ubi 15000 funerum numerabantur (Giannone l. c.); a. MDCLXXIX. a Januario usque ad Novembrem *Vindobonensium* 122,849 (Fuhrmann l. c.); a. MDCXCII—III. *Astrachianen-*

naretur[4]); mortuos sepulturâ privat[5]); urbibus, oppi-

sium 16,000 (Richter l. c.); inter a. MDCCIX—X. tempore mensium septem *Vilnensium* 80,000 (Naramkowski l. c.); a. MDCCXX—XXI. incolarum *Massiliae* 40,000 (Papon op. c. T. I. p. 343.); *Aquis Sextiis* 7,534 (Id. ib. p. 369.) et *Teloni Martium* ut ex 26,276, qui ante pestem fuerant, solum 10,493 postea remanserint; a. MDCCLXXI. *Moscuensium* ultra 70,000 (Mertens l. c. p. 91.); a. MDCCCXIII. *Malthensium* 6,000 (Calvert l. c.); atque a. MDCCCXVIII—IX. spatio viginti mensium *Tunetorum* 159,150 (Passeri l. c. p. 15.).

3) De *aucta* post pestis epidemias *foecunditate* deque frequentissimis gemellorum partubus legitur in Continuat. Chronic. Nang. p. 110. — Hominibus, primis elapsa a peste annis, natis, duntaxat viginti duos vel viginti quatuor dentes impertitos fuisse (Mich. Savonarol. pract. Tract. 6. c. 7. rubr. 1. f. 106. d.) aut, juxta alios, illis dentes duos molares defuisse (Barnes l. c. p. 441.) contenditur!

4) *Veronae* a. 1630 „*nelle famiglie non restava chi racontasse l'altrui morte.*“ (Pona l. c.). De peste anno praecedente *Digne* flagrante scribit Papon (op. c. T. I. p. 199.): „*Des familles entières furent emportées; on trouva neuf cadavres dans une chambre.*“ — „Ex 12,538 domibus, quae tempore pestis (a. 1770—71) *Moscuae* numerabantur, *ter mille et quod excedit plane emortuae.*“ (Orraeus l. c. p. 49.).

5) De peste a. 1346 narrat Papon (l. c. T. I. p. 108.): „. . . *le nombre excessif des morts empechoit, qu'on ne leur rendit les honneurs de la sépulture. On exposoit les cadavres à la porte des maisons; quelquefois on les jettoit par les fenêtres, et ils pourrissoient dans les rues,*

oppidis, pagis solitudinem [6]), agris vastitatem [7]),

parce qu'on manquoit de monde pour les enterrer." De peste *Moscoviensi* a. 1655 refert RICHTER (op. c. 2. *Th.* p. 160.): „*Die Körper der Erblichenen lagen zum Theil aus eben dieser Ursache in den Strassen umher und wurden von Hunden verzehrt. Daher erliess der Patriarch Nicon einen Befehl, die Hunde zu erschlagen.*" Peste *Neapolin* a. 1656 excruciante: „*si pensò unicamente a seppellire i morti. . . Il Vicerè v'impegnò a questi uffizj estremi da cento schiavi Turchi delle Galee. Era cosa assai spaventosa ed orribile veder strascinarsi per le strade i cadaveri aggroppati con uncini ed innalzarsi sui carri e sovente coi morti andar congiunti i semivivi creduti estinti.*" (GIANNONE l. c.). A. 1720 Episcopus Massiliensis ad Episcopum d'Arles sic scripsit: „*J'ai eu bien de la peine de faire tirer 150 cadavres à demi-pourris et rongés par les chiens, qui étoient à l'entour de ma maison, et mettoient déjà l'infection chez moi.*" (PAPON l. c.).

6) Pestis *Florentinae* a. 1348 sequelas delineans PAPON scribit (op. c. T. I. p. 118.): „*Que de superbes demeures, remplies naguère de personnes considérables, restèrent absolument désertes!*" De peste ejusdem urbis a. 1527 exclamat MACHIAVELLI: „*O dannoso secolo a lagrimabile stagione! Le pulite e belle strade, che piene di ricchi e nobili cittadini esser solevano, sono ora puzzulenti, e brutte, di poveri ripiene . . . sono serrate le botteghe, gli esercizj fermi; Fori tolti via, prostrate le leggi.*" Peste a. 1720 *Massiliensi* ad finem vergente cives domus deseruerunt, at admodum circumspecte: „*on ne se parloit que de loin. . . Les hommes, la pluspart convalescens, portoient des bâtons de Saint-Roch. Ils s'en servoient pour écarter les passans, de*

tem[7]), et his ipsis hominibus, queis parcit, egestatem famemque parat et infert[8]); omnia metu, terro-

peur d'en être touchés, et surtout pour écarter les chiens que l'on croyoit susceptibles de peste." (PAPON l. c. p. 317.). De adspectu *Moscuae* tempore pestis a. 1771 sic scribit ORRAEUS (l. c. p. 34.): „At, quam misera et tristis facies, aliàs splendidae, et populosae civitatis! Nullae fere in plateis rhedae, nisi quae cadavera in coemeteria vehebant; homines qui occurrebant, vultu moestò, dolorem animi praeferebant; aedes quamplurimae clausae, vel desertae, verbo: omnia desolationem haud parvam indigitabant."

7) Pestis *Dignae* a. 1629 historiam tradens PAPON (op. c. T. I. p. 203.) descriptis aerumnis urbis, ait: „*Le spectacle de la campagne n'excitoit pas moins de pitié. Les habitans frappés de la peste couchoient par terre et rendoient bientôt les derniers soupirs, faute de secours. On trouva un enfant qui suçoit le sein de sa mère morte; d'autres étoient nourris par des chèvres; la pluspart de ces malheureuses victimes du trépas pourrirent dans les maisons où elles avoient fini leurs jours sans qu'on le sût.*"

8) De rei frumentariae inopia, pestis *effectu*, testantur Chronica ENGELHUS in LEIBNITZ Script. rer. Brunswic. Vol. II. p. 1128. — MEZERAY l. c. — BARNES l. c. p. 439. — PONA (l. c.) de peste Veronensi a. 1630 scribit: „*In questo tempo perirono dalla peste tutti i fornaj e la città versava in un manifesto pericolo di morirsi di fame.*" — De peste *Dignensi* a. 1629 legitur: „*L'horloge discontinua à sonner; les fontaines, faute d'entretien, tarirent; les moulins cessèrent de moudre; le four et la boucherie furent fermés et l'on manqua généralement des choses les plus nécessaires à la*

terrore et luctu complet[9]); societatem, communionem, congressum abrumpit[10]); dissolutionem animi

vie." (Papon l. c. p. 202.). Quis autem crederet, hominum perversitatem in peste *Toulonensi* eousque pervenisse, ut consulto annonae inopiam produxerint? „*Ces hommes avides et barbares calculoient encore, sur les bords de la tombe, les profits qu'ils pouvoient faire sur les besoins de ceux que leur dureté y feroit descendre. Ils avoient fait des magazins de blé, qu'ils cachoient soigneusement, en attendant l'occasion favorable de le vendre à un prix exorbitant.*" (Papon l. c. p. 358.).

9) Sufficiat exemplum pestis *Massiliensis* a. 1720 adducere: „*Les habitans les plus timides avoient déjà profité de la liberté des passages pour se sauver en d'autres villes et en d'autres provinces. Ceux qu'une aveugle prévention avoit rendus jusqu'alors incrédules, trouvant toutes les issues fermées et les chemins exactement gardés, furent contraints de se retirer à la campagne, ou de se renfermer dans leurs maisons. Chacun se hâtoit faire des amas de provisions, de charrier des meubles et des hardes. Il n'y avoit pas assez de voitures pour seconder l'empressement de ce nombre prodigieux de personnes que la crainte chassoit de la ville. Les gens du peuple, qui n'avoient point de maisons de campagne, allèrent camper sous des tentes; . . . un grand nombre se fixa près des remparts; il en eut même qui grimpèrent sur les collines et les rochers les plus escarpés; où ils allèrent chercher un asile dans le fond des cavernes.*" (Papon op. c. T. I. p. 234.).

10) In peste circa a. 1348 in Anglia grassante per quadriennium Parlamentum ob defectum membrorum convocari haud potuit. (Carte *hist. of England Vol II.*

animi provocat[11]); parentes, proles, conjuges, fratres, heros, domesticos ab invicem divellit[12]); pieta-

b. X. p. 475.). Eodem tempore ob eandem causam *Carolo IV.* nec inaugurationis festum Aquisgrani celebrare, nec regnum suum, ut decet, administrare licuit. (Pistorii script. rer. Germ. Vol. II. P. I. p. 891.): „*On doute bien*, ait Papon (l. c. T. I. p. 96.) *que toutes les sortes de commerce, tous les ouvrages furent interrompus par la raison que chacun étoit occupé à soigner chez soi les malades, ou à pleurer les pertes et qu'on ne trouvoit dans les rues que les gens qui alloient enterrer les morts.*"

11) Peste seculo XIV saeviente: „*Les propriétaires, détachés des choses de ce monde par l'idée toujours présente de la mort, ne prenoient aucun soin de ce qui leur appartenoit, et en laissoient le libre usage à qui vouloit s'en servir . . . ils abandonnèrent la culture des terres, les soins de leurs poules et de leurs bestiaux, qu' ils laissoient aller dans les champs au milieu d'une recolte encore pendante.*" (Papon op. c. T. I. p. 111. 112.).

12) „*Schifano i padri e le madri i proprii loro figliuoli e gli abbandonano.*" (Machiavelli l. c.). Pestem seculi XIV describens ait Papon: „*Les parens et les amis ne se virent plus; le père, la mère, les enfans, le frère et la soeur, l'oncle et le neveu s'évitoient avec soin.*" Idem de peste *Montispessulana* a. 1720 (op. c. T. I. p. 192.) refert: „*Les dames du premier rang, celles qui étoient distinguées par leurs vertus ou leur beauté étoient forcées, lorsqu'elles étoient attaquées du mal, de se reposer sur les soins du premier homme qui s'offroit pour les secourir, n'y ayant point de femme qui osât les servir dans ces derniers momens.*"

pietatis et misericordiae officia aut excludit[13]), aut ceu flagitia punit, ipsasque quae miseris feruntur, suppetias vitae pretio appendit[14]); ipsam divinitatem publice coli vetat[15]); se-ctis

13) In peste seculi XIV. „*on ne se donnoit plus aucun secours les uns aux autres. Beaucoup de malades mouroient dans leurs maisons sans qu'on s'en doutât; et les voisins n'ètoient avertis de leur mort que par l'infection des cadavres.*" (PAPON l. c.).

14) Descriptis hominum nequitiis in peste *Lugdunensi* a. 1628—29 PAPON (op. c. T. I. p. 182.) ait, quodsi alterâ ex parte actiones heroicas enarrare vellet, sermonem institueret „*de cette femme qui, entendant crier un enfant à la mamelle, resté seul dans une maison, où tout le monde ètoit mort, alla l'enlever au milieu des cadavres, et l'emporta chez elle pour le nourrir avec du lait de chèvre; mais comme il ètoit infecté du venin contagieux, il mourut quelques jours après avec sa bienfaitrice, qui huma le poison. Une autre femme alla donner à téter à un enfant du même âge, couché à côté de sa mère morte et eût le même sort que la précédente avec son nourrisson.*" In peste *Massiliensi* a. 1720 „*l'amour produisit, dans quelques particuliers, ce que l'humanité seule n'auroit pu faire. Des amans désespérés s'arrachèrent des bras de leurs parens, pour aller soigner leurs amantes malades. . . . Il arrivoit souvent que le même cercueil recevoit et l'amant et la maitresse.*" (l. c. p. 308.). — Similia inveniuntur apud THEOPH. REYN de mort. per pestem. p. 451.

15) In peste *Dignensi* a. 1629 „*l'office divin fut interrompu.*" (PAPON op. c. T. I. p. 202.); in illâ *Veronae* a. 1630 grassante: „*Cessata ogni ceremonia ecclesiastica, tacevano i sacri bronzi; li sacerdoti ricusavano*

ctis fanaticis ansam porrigit[16]); mores depravat[17]); plebis arrogantiam[18]) et licentiam[19]) indu-

di accompagnare i feretri . . . taceva l'umana pietà." (PONA l. c.).

16) e. c. illi *flagellantium* (vide OUDEGHERST *chronique de Flandres. ch.* 175. *f.* 297. — HARAEI Annal. Brabant. Vol. I. p. 326. — ALBERT. ARGENTIN l. c. — BOTHON Chronic. in LEIBNITZ. script. rer. Brunswic. Vol. III. p. 308. — KÖNIGHOVEN l. c. *Kap.* 5. p. 297. — C. SPRENGEL l. c. p. 111.), quam summus Pontifex *Clement.* (continuat. chronic. Nang. p. 111.) et Episcopi (KLOSE *von Breslau.* 2. *B. Br.* 47. p. 190. — BENESSIUS DE WEITMIL ll. cc.) exterminarunt.

17) GUID. CHAULIAC l. c. — DUGLOSS l. c. — ADLZREITER annal. Boicae gentis P. II. lib. 4. §. 29. col. 75. 76. — BOCCACCIO l. c. — PAPON l. c. p. 96. („*L'humanité perdit beaucoup même du côté du moral.*"). Peste seculo XIV. vigente multi visi sunt cives „*qui se livroient à tous leurs gouts, buvoient, mangeoient, se divertissoient sans ménagement, . . . le jour dans les tavernes, et la nuit dans des orgies, ils entroient dans les maisons où ils croyoient pouvoir s'amuser.*" (PAPON op. c. T. I. p. 111). — Sub curriculo pestis *Lugdunensis* a. 1628—29 „*les cabarets retentissoient tous les jours de chansons bachiques: et l'on vit des hommes suivre les tombereaux en chantant. . . Plusieurs se marièrent jusqu'à trois fois. Une femme épousa six maris en peu de temps, et les enterra tous sans avoir elle-même pris la peste.*" (Idem T. I. p. 180.).

18) „*Les gens du peuple surtout, se trouvant tout à coup dans l'aisance, n'éprouvèrent de la richesse que l'ivresse qu'elle donne.*" (PAPON op. c. T. I. p. 129.).

inducit; sceleribus patrocinatur[20]); juraque violat[21]).

2. „Quae

19) Terribile exemplum *licentiae plebis* in peste a. 1349 — 50 *persecutio Judaeorum* (propter falsam accusationem, de qua supra §. V. 1 (24.)) exhibet, de qua narrant: BANAGES *hist. des juifs. Liv. IX. ch.* 24. — HERMANN. GYGAUT Flores temp. p. 139. ed. MEUSCHEN. Lugd. Bat. 1743. 4. — TRITHEM Annal. Hirsaug. Vol. II. p. 206. — KÖNIGSHOVEN *Elsassische und Strassburgische Chronik.* p. 236. 1021. 1023. 1025. 1028. 1030. Fruebantur quidem Judaei patrocinio summi Pontificis *Clementis VI.* (RAYNALD a. 1348. No. 33. — BALUZ. l. c. — NAUCLER Chronic. General. 45. p. 1006. — Continuat. Chronic. Nang. p. 110.), Comitis Palat. *Ruprecht* (Germ. Chronic. Vol. II. p. 890.), Ducis *Alberti Austriae* (PEZ scriptor. Austriae. Vol. I. p. 412.) et magistratus urbium Germaniae; ast incassum; milleni enim illorum a plebe furibundâ flammis tradebantur. Scelera hujusmodi praecipue locum obtinuere *Basileae* (ALBERT. ARGENTIN in URSTIS script. rer. German. Vol. II. p. 150. — SPANGENBERG l. c. fol. 337. a. — LAGUILLE *hist. de la province d'Alsace. liv. XXV.* p. 286.), *Ulmae* (CRUSII *Schwäbische Chronik.* 5. *B.* p. 253), *Augustae Vindelicorum* (OEFELII rer. Boicar. script. Vol. I. p. 615.), *Bambergae* (HOFFMANN Annal. Bamberg. in LUDEWIG. script. Bamberg. Vol. I. p. 202.), *Moguntiae* (REBDORF annal. in FREHER. Vol. I. p. 630.) etc. uti praeterea videre est apud C. SPRENGEL (*Beyträge zur Geschichte der Medicin* l. c. p. 101 — 110.).

20) PAPON de peste seculi XIV. disserens (l. c. T. I. p. 111.) ait: „*ainsi la désolation et le désespoir avoient amené, comme à Athènes, une licence systématique, un*

2. „Quae vere et aestate incipit pestis, hieme solet desinere; quae vero autumno aut hieme, longius protenditur"[22]. Nullam pestem ultra triennium *una* in regione saevire[23]), mente facile P.duratio.

abus de plaisirs, et un oubli des loix divines et humaines, d'autant plus facile, que les ministres de la religion étant morts, ou malades, ou infirmes, ne pouvoient plus ramener les prévaricateurs à leurs devoires." Adde abolitionem scholarum ob magistrorum defectum. (M. Villani l. c. p. 15.).

21) Grassante peste a. 1629 *Montispess.* „*les gens qui servirent les malades s'entendoient entre eux pour faire faire reciproquement des testaments en leur faveur.*" (Papon op. c. T. I. p. 192.). In peste *Lugdunensi* a. 1628—29. *neglectus indicis mortuorum* multum detrimenti attulit „*à cause des procès que cette négligence causa dans les familles pour les successions.*" (Papon l. c. p. 185.). Pestis *Massiliensis* a. 1720 ultra 1400 *orbos* reliquerat: „*Parmi ces enfans il y en avoit beaucoup destinés à jouir d'une fortune considérable; mais la pluspart perdirent la marque qu'on leur avoit mis au bras, au cou pour les reconnoître; et les personnes qui les surveilloient et les connoissoient étant mortes sur ces entrefaites, ils furent confondus dans leur nom de baptéms, les seules qu'ils eussent conservés entre-eux, dans la foule des enfans abandonnés, pour servir peut être un jour de laquais chez les parens collatéraux qui sans le savoir, avoient recueilli leur patrimoine. Une négligence à peu près semblable changea, à Gènes, en 1656, le sort de trois cents orphelins, nés de parens riches.*" (Papon l. c. p. 290.).

22) Paschalis de febr. pestilent.

23) Cardanus opp. lib. II. Subtil.

facile concipitur; quia si tam diu saeviat, non habet fera, in quos ulterius saevire posset. Verum pestilentialis ignis saepe pro tempore duntaxat sub cineribus latet, rursusque prorupturus [24]).

Recidivae. 3. Qui semel pestem perpessus est, paucis concessis exceptionibus [25]), ob id immunitate in posterum *non* fruitur [26]). Quin immô interdum plurimae infectiones hominem unâ eâdemque in epidemiâ attingunt [27]). Id rarius contingere, dum mor-

24) „*Il ne faut donc pas regarder comme tout autant de maladies différentes, mais simplement comme des éruptions du même feu pestilentiel, les dix pestes dont l'histoire fait mention, depuis l'an* 542 *jusqu'à la fin du même siècle.*" (Papon op. c. T. I. p. 97.).

25) Pestis a. 1629 *Digne* „*recommença six mois après ... il n'en mourut qu'une centaine, tous étrangers; car l'on remarqua qu'aucun de ceux qui avoit eu la maladie n'en fut atteint.*" (Papon l. c. p. 205.).

26) De frequente pestis recidiva testantur: Evagr. l. c. lib. IV. c. 2. p. 408. — Valleriol. l. c. — Diemerbroeck l. c. annot. ad hist. 37. — Chenot l. c. p. 49. — Orraeus l. c. p. 60.

27) Schraud (op. c. 2. *Th.* p. 35.) id quatuor morborum historiis probat. Praecedit (1. *Th.* p. 129.) observatio tertiae infectionis tandem lethalis: „*Es war ein Todtengräber, der einmal in der Türkey, einmal im vorigen Monath die Pest hatte, und nun zum drittenmal davon befallen, derselben unterlag.*" Errat itaque Orraeus asserendo (l. c. p. 151.): „qui recidivas patiuntur, omnia successive *mitiora* experiri solent."

morbus in curriculo suo perturbatus non fuerit, contenditur [28]). Praeterea memorabilis est observatio, quod homines, qui olim pestem perpessi sunt, eidem rursus grassanti expositi, etiamsi caeterum incolumes maneant, tamen dolores ad loca, quondam bubonibus obnoxia, percipiant *).

4. *Ratio mortalitatis* variis in pestibus discrepat. Interdum ex novem infectis vix evadit unus [29]); aliàs tertius quisque et adhuc plures emer- Mortalitatis ratio.

28) Samoilowitz, Russel ll. cc. Ait Chenot (l. c. p. 50.): „Omnium minime tuti videntur, quos pestis leviter salutavit."

*) Sic plurimi medici pestis ipsius testes, interque hos potissimum cl. *Oeconomus* praxin quondam Smyrnae, nunc Vindobonae exercens, mihi enarravit. Nemo autem unquam dicere ausus est, quod F. W. Sieber asserit (*Reise nach der Insel Creta, im griech. Archip. im J.* 1817. 2 *B. Leipz.* 1823.) homines ex illis doloribus futuram post annos pestem praesagire posse. Atque hic in memoriam mihi incidit observatio, aliquoties a me facta, cicatrices fere imperceptibiles ab hirudinibus ante annos collo applicatis relictas, novâ hirudinum applicatione ad crura locum obtinente, iterum evidentissimas redditas fuisse, quid quod sanguinem quandoque stillasse.

29) *Viennae* ex infectis 9,565 perierunt 8,614 (Chenot l. c. p. 38.). *Aquis Sextiis* ex 8,000 aegrotis 7,534 funera. (Papon l. c. T. I. p. 369.). Pestis *Sirmiensis* tredecim oppida attigit, 19,610 incolas includentia. Ex his aegrotarunt 4,559, mortui 3,435. (Schraud op. c. 1. *Th.* p. 208.). *Noja* ante pestem 5,413 nume-

emergunt[30]). Utrum morbi major minorve malignitas a peculiari aut contagii natura[31]), aut hominum recipientium conditione, num ex utrisque caussis simul derivanda sit? certo definiri nequit. Constat solum pestem tempestati humidae et calidae[32]), annonae caritati et belli calamitatibus supervenientem, urbesque majores[33]) occu-

rabat incolas. A morbo correpti fuere 921; necati 728. (SCHÖNBERG l. c. p. 50.).

30) *Racsae*, pago ex triginta sex habitatoribus conflato, pestis in quatuor irruit domus. Aegrotarunt habitatores 26, mortui 6. (ROCH l. c. p. 84.). *Kamenitz* ex decem aegrotis mortui tres. (SCHRAUD op. c. p. 133.).

31) Credentes contagii diversam vim aut a statu corporis unde illud prodit, aut a tempore epidemiae pendere, monet CHENOT (l. c. p. 39): „Vidi ex iis, qui haud aliunde quam a moriente pestem contraxerunt, aliquos mox leviter, dein graviter; alios sub ipsis initiis pessime adflictos, quosdam facile morbum superasse, nonnullos ocyus aut serius fato cessisse. Vidi in eâdem familia primum morbo ereptum, reliquos periisse. Vidi integras familias intra breve tempus deletas esse."

32) *Viennae* 1713 ex 80, Januario et Februario infectis, convaluere 41. — Mensibus vero Julio, Augusto et Septembri inficiebantur 5,795, moriebantur 5,371, ergo ex tredecim fere, tantum una evasit. (CHENOT l. c. p. 33.).

33) Quo tempore *Viennae* ex infectis 9,565 perierunt 8,644; in *pagis* circumjacentibus erat infectorum summa 3,877, mortuorum duntaxat 2,726. (CHENOT l. c. p. 38.).

occupantem, atrocius saevire. Constat quoque mares et robustos prae feminis [34]) (gravidis tamen et puerperis exceptis [35])), infantes et senes [36]) prae aliis periclitari. -

5. *Dies* prae aliis *feralis* hoc in morbo non datur: Dies ferales.

34) In peste *Germanica* a. 1460 peribant certe homines robusti, minus feminae et multo minus infantes. (Kircher l. c.). In *Lugdunensi* a. 1628: „*on remarqua que les femmes qui en furent attaquées guèrirent plus facilement et en beaucoup plus grand nombre que les hommes; . . . elle (la peste) sembloit choisir à préference les hommes les plus robustes et leur faire éprouver ses fureurs.*" (Papon l. c. p. 171.).

35) Peste a. 541 vigente, vix gravida eâ laborans evasit. (Procop. l. c). In peste *Massiliensi* a. 1720 gravidae saepe animi pathematum culpâ abortum patiebantur. Praeterea partus saepe funestus evadebat „*faute de secours personne ne voulant recevoir un enfant, qui sortoit d'un corps pestiféré.*" (Papon l. c. p. 259.). In peste *Nojae* omnes quidem gravidae moriebantur, sed feliciores erant puerperae (Schönberg l. c. p. 64.). De frequente gravidarum peste laborantium partu praematuro, testatur et Pfisterer (l. c. p. 254.).

36) Etiamsi enim pestes exstiterint, minus infantibus perniciosae (ad quas etiam Romana a. 1656 spectat), tamen utplurimum contrarium contingere solet. Testantur id inter alias pestis *Daniae* a. 1654 et *Bucharesti* a. 1813. Concludit ideo Grohmann (l. c. p. 111.): „*das kindliche und das Greisenalter scheinen selten der Pest Widerstand zu leisten.*" Revera a. 1656 Romae senes omnes pesti succubuere.

datur: interea qui *quartum* aut *septimum* diem superant[37]), salvi esse solent.

Genus mortis. 6. *Genus mortis* in peste varium. Pereunt nimirum aegri nunc apoplectico more[38]), nunc sub vomitu cruento[39]), nunc per meram virium vitalium exstinctionem, uti post nonnulla venena observari solet.

Semiotica. 7. *Pestis semiotica* contradictionis plena; signa enim, quae in unâ epidemiâ bona praesagiunt, aliâ adventante interdum pessimi sunt ominis.

37) Seculi XIV. pestis formae gravissimae *tertio* die necabat, altera mitior die *quinto*. (Guy a Chauliac l. c.). Vindobonae a. 1348 aegroti, qui *tertium* morbi diem superabant, securi erant. (Pez op. c. vol. I. p. 971.). Pestis Italiae superioris a. 1528 *sexto* morbi die mortem intulit (Ant. Musa Brassavola Comment. in Hippocratem. Aph. II. 24.). In Belgio a. 1574—77 mors *quarto* diei addicta fuit. (Gemma l. c.). Vigente peste Florentiae a. 1680 *„pochissimi di quelli che hanno passato il settimo giorno sono morti.“* (Rondinelli l. c.). De peste Transylvaniae a. 1755—57 refert Chenot (l. c. p. 94.): „Aeger, qui constantibus viribus *quartum diem* emetitur, in optima est sanitatis recuperandae spe, modo moriger sit, et congrue tractetur.“ De morte spatio *nychthemeri*, *horarum triginta et quadraginta* testantur Roch (l. c. obs. 2.), Grohmann (l. c. p. 37.), Schraud (l. c. 1. *Th.* p. 154.) aliique.

38) Agathias Lib. V. — Passeri l. c. p. 36. („*Peste interna apoplettica.*“).

39) Procopius l. c.

nis. Nulli praeterea fidendum[40]. Generatim sequentia valent[41]. Bubones et carbunculi, quos levamen comitatur, naturam morbo superiorem indicant, imprimis si rite suppurent[42]. Sudor levis et constans, bubonum et carbunculorum exortum et elationem praecedens, aut comitans, nauseam anxietatemque tollens, aegros fere in tuto collocat. Bubo cunctanter prodiens, non levans aut cum virium decremento retrocedens[43]), in-

40) Paré (l. c.) difficultatem prognosis, in peste rite instituendae perspexit. Fatetur se pluries de morbi praesentia adhuc dubitasse, dum jam mors ad portas fuerat. Quare Joan. Morello (de febr. pest. cap. 5.) jure exclamat: „Unde fit, ut in peste fallat nos sensus, fallat ratio, fallant Hippocratis aphorismi, et ipse, ut puto, in his falleretur Hippocrates." Hieron. Montuus (in sua pract. II. lib. 7. cap. 1.) „nos pestilentiam, inquit, grassari vidimus Lugduni et Viennae, a. Christ. nat. 1525, febris parva videbatur, et febre se liberos aegrotantes opinabantur . . . qui tamen omnes occubuerunt." Praecipue cavendum, ne medicus in errorem ducatur a levamine, interitum proxime praecedere solito, teste inter alios Passeri (l. c. p. 38.).

41) Observationes Chenoti (l. c. p. 94—95.) maxime cum illis aliorum concordant.

42) Pestis seculi XIV crisin in *bona bubonum suppuratione* agnoscebat. (Procop. l. c.). In peste Avinionensi ejusdem aevi, bubonum suppuratio duntaxat versus epidemiae finem boni erat augurii. (Guy a Chauliac l. c.).

43) Solum bubonum retroceessum nil mali portendere

ingens periculum intentat. Item carbunculus, qui non inflammatur, aut inflammatus concidit[44]). Carbunculi parvi, interdum periculosiores quam magni[45]). Bubones et carbunculi mox sub ipsa invasione cum ingente virium prostratione oriundi, irrita sunt naturae molimina[46]). Vomitus et diarrhoea sine virium decremento contingentes, salutares; contra, quae affectiones encephali comitantur aut sequuntur[47]). Sternutatio crebra mali augurii[48]); item dolores in gutture et raucedo[49]). Urina pallida periculum significat; minus

jam observationes RONDINELLI (l. c.) docent; ubi ait: „*e molti ancora sono risanati, ai quali i buboni si sono risoluti e svaniti.*" Inter 841 aegrotos, qui pestem superarunt Sirmiensem, 150 obveniunt, cum resolutis („*zertheilten*") bubonibus. (SCHRAUD op. c. 2. *Th.* p. 98.).

44) „Horrendus magis est, perimit, qui corpora, carbo."
E. Severus Sammonico.

45) PASSERI l. c. p. 68.

46) In peste *Vindobonae* a. 1348 bubones ante tertium diem erumpentes lethum annuntiabant. (PEZ op. c. Vol. I. p. 971.). In peste a PARÉ descripta (l. c.) bubo ante febrim boni ominis erat, postea vero mali.

47) Interea in peste a PALMARIO notatâ (l. c.) delirium accedente fluxu alvi imminuebatur.

48) CARDANUS lib. V. aph. Hippocratis. DIEMERBROECK (op. c. Lib. I. cap. 15. §. 7.) scribit: „Sic nos quoque in hac peste cum crebris sternutationibus neminem evasisse vidimus." Aliter vero testantur observationes RIVERII.

49) „. . . cum hujusmodi gutturis dolore vel raucedine

nus crassa[50]). Parotitis plerumque gravissimum morbum annuntiat[51]). Ptyalismus interdum criticus[52]); sic et fluxus haemorrhoidalis[53]). Contrarium de menstruis valet[54]). Peticulae, paucis exceptis casibus[55]), maxime timendae[56]). Item ecchymomata lata et nigra, nec non bullae[57]), imprimis si illa ab initio morbi compareant[58]).

Hac-

nullum evasisse vidimus et saepe aegri iis infestati ambulantes et loquentes moriebantur." (DIEMERBROECK l. c.).

50) Ita saltem in epidemiâ a GEMMA (l. c.) descriptâ.

51) In peste Volhyniensi a. 1798 ex centum aegrotis, qui parotitides habuerunt, solum quinque evasere. (LERNET l. c.).

52) PFISTERER l. c. p. 259.

53) PASSERI l. c. p. 17. (Carbunculus ani, fluxum haemorrhoidalem provocavit.).

54) „Menstruorum fluxus pesti superveniens, etiam die critico erumpens, valde periculosus, et plurimis exitiosus erat; die vero non critico, certissime occidebat." (DIEMERBROECK l. c.).

55) De peticulis sat benignis vide CHENOT l. c. p. 86.

56) Peticulas adhuc pejores esse quam carbunculos jam INGRASSIAS (l. c.) dixerat. De peste Montispessulana a. 1629 ait PAPON (l. c. p. 192.): *„les taches pourprées, les exanthemes, les aphthes, les charbons étoient presque-toujours les avantcoureurs de la mort."* Peticulae et bubones, gangraenae notas exhibentes, mortem praesagiebant apud GROHMANN (l. c. p. 112.).

57) In peste seculi decimi quarti *bullae* exsiccatae nigrae lethales fuere. (WOOD antiquitat. Oxon. Lib. I. p. 172.).

58) Dum maculae lividae ante tertium diem in peste

Haemorrhagiae largae maxime timendae[59]), potissimum primis morbi diebus[60]). Subita et ingens virium prostratio, fatuitati et balbutiei juncta, lethalem morbi exitum denuntiant. Nullus dolor (aut ille lumborum[61])), nullus ardor, pulsus sano vix velocior et simul debilis, tangenti digito se fere subducens, faciei et totius corporis livor, vitale robur fere exstinctum significant, sive adsint eruptiones sive non. In summâ, quo ocyus, quo plura, quo graviora conspiciuntur symptomata, qualia sub incremento, statu et funesto vulgarium morborum exitu apparent, tanto pejus res aegri peste infecti agitur[62]).

8. Pa-

Vindobonensi a. 1348 adparebant, aegrotus certe moriebatur. (Pez l. c.).

59) De illarum pernicie lege Rebdorf annal. in Freher l. c. Vol. I. p. 630. Torfaei l. c. Pontan. l. c. lib. VIII. p. 476. Papon l. o. p. 171.

60) Haemorrhagiae ante 7. diem pessimae erant apud Gemma (l. c.).

61) Peste *Lugduni* a. 1628—29 grassante dolor regionis renum nuntius erat mortis. (Papon l. c.).

62) Schraud epitomen observationum, in peste Sirmiensi circa prognosin collectarum, sequentibus verbis tradit (op. c. 2. *Th.* p. 102): „*Wir sehen, dass mit der Pest, wenn sie in Gesundheit übergeht, am öftersten Beulen verbunden seyen, wovon die meisten in Eyterung, die wenigsten in Brand übergehen, und eine nicht geringere Anzahl wiederum zertheilt wird und verschwindet; dass zur Zertheilung sich meistens ein Schweiss oder vermehrter Harnabgang hinzugesellen,*

8. Paragraphum dicatam enumerationi stragum et perniciei pestis finem tandem imponat disquisitio candida quaestionis, num illarum culpa saltem pro parte *in medicos refundenda sit nec ne?* Fatebimur medicorum plurimos praeterquam quod pestis praesentiam saepe mature, ut debuissent, non cognoverint, et in eo haud raro peccasse, quod pretiosissimum, ad pestem curandam adhibendum tempus disceptationibus futilissimis circa mali naturam impenderint[63]): Ast altera ex parte fateri quoque oportet, multos inter medicos exstitisse, qui pestis tempore totum quantum est periculum subire, publicae saluti se totos offerre et devovere non dubitarunt, iique me- Medicorum culpa?

hingegen ein Durchfall nur in drey Fällen darauf erfolgt sey; dass nicht wenige Genesene mit oder ohne Beulen, auch Pestblasen, Anthraces und Carfunkeln hatten, welche letztere nur äusserst selten in Zertheilung übergingen; dass unter allen diesen Genesenen nur fünf während der Krankheit Petechien zeigten; und dass endlich nur sehr wenige ohne allem Ausschlage genasen.

63) „*Ma mentre:* (*trenta sei*) *medici disputavano acremente fra loro sulla natura del male, e sui mezzi d'arrestarne il progresso, mentre i magistrati si stavano inoperosi in tanta grave incertezza, attendendo la decisione della medica controversia; la peste multiplicava le sue conquiste e preparava quelle immense sciagure, a cui poscia soggiacque Venezia* (1630 — 31), *non essendo stato più possibile di arrestare il corso del contagio. . .*" (Frari op. c. p. 417.).

medendi peritia insignes, et opitulandi desiderio ferventes, indefessique viri. Quodsi ipsi votis non responderint, id tum in herculea morbi vi, tum in difficultatibus accessoriis quaerendum. Spectant huc multitudo aegrorum[64]), rudis utplurimum eorum conditio[65]), defectus rerum, quae ad ducendam, juxta artificis intentionem, medicamentorum efficaciam requiruntur[66]), ipsae politicae dispositiones, utut suo fini, qui est, aegrorum a sanis separatio, respondentes[67]); nego-

64) „Primo quidem ipsa *aegrorum*, quos invisere debet (medicus) *multitudo* ansam et otium praeripit, apud singulos phaenomena exacte observandi, horum caussas et momenta perpendendi, indicationes, quae ex his fluunt, determinandi, naturae ductum considerandi, idoneaque praesenti hujus in individuo aegri statui seligendi et horum effecta ab effectis morbi clare discernendi.“ (CHENOT in Praefat. ad op. cit.).

65) „Ipsi aegri qui potissimam partem sunt de infima plebe, medicinae insueti, rudes, immorigeri, pertinaces, optima consilia, optima auxilia, optimas cautelas spernunt, rejiciunt, eludunt.“ (CHENOT l. c.).

66) „Vasa, supellex, lectus, diaeta regiminisque observatio, ministrorum attenta, obsequiosaque sedulitas, nullibi magis, quam apud pestiferos desiderantur.“ (CHENOT l. c.).

67) „Aegri in nosocomia transferuntur, quo omnis generis homines cumulantur, singuli omnium, omnes singulorum squalidas, foetidasque exhalationes cum aëre respiraturi; nebulonum immisericordiamque ministrorum, quales plerumque sunt, qui nosocomiis serviunt, nequitiam, duritiemque experturi . . . quae

negotia aliena, quae medentibus imponi solent[68]); ruditas quorumdam praefectorum[69]), curaeque domesticae medicos aeque ac reliquos cives tantis

afflictio, quis moeror et dolor! dum homines etiam non infimae sortis a truculentis ministris curru aut sedili, veluti morti jam sacratae victimae, in foetorum cloacam abripiuntur, aut, quod adhuc luctuosius, ut vidi, per plateas raptantur semimortui? . . . Ita fit, ut medicus tantum fere nanciscatur aegros, queis mors jam dominatur. . ." (CHENOT l. c.).

68) „. . . eo quandoque procedunt magistratus, ut medicus *scribae* partes in se suscipere adigatur. Nomen, cognomen, originem, conditionem, statum, habitationem, aegrorum et mortuorum notare, et in catalogum transcribere tenetur, subinde et res testamentaria, sub sua cura morientium, ei defertur. Quae quidem omnia non tantum distrahunt a salutaribus curis animum, verum etiam, cum in his exercitatus non sit, raro aut non nisi post reiteratos labores magistratibus satisfaciunt." (CHENOT l. c.).

69) „Hinc nascuntur acerbissimae reprehensiones, minationes, aliaeque molestiae, quas ab iis pati plerumque (medicus) debet, qui suum caput in tutum collocare, odia in alium rejicere, aliena pericula et negotia nec aestimare, nec sublevare, sed potius aggravare apprime norunt; inhumani, immisericordes, caeterum ad pestis umbram paventes." (CHENOT l. c.). Gratum est videre, querelas hujus generis, quondam a medicis generatim factas, nostro aevo non solum evanuisse, sed in laudem transiisse. Qui enim pestes ultimas curarunt medici praefectos tam militares quam civiles, regimen locorum infectorum gerentes, uno ore omni sub respectu ad sidera usque extollunt.

tis sub calamitatibus prementes[70]), felicique artis exercitio obstantes.

§. VIII.

C u r a.

Generatim. 1. Licet magnus vir edixerit, minime tutum esse, pestem ad nutum curare naturae[1]), nihilominus expertissimo medico[2]) praeeunte, ad illius nutum praecepta therapeutica, nunc tradenda, stabilivimus.

C. pest. simpl. 2. Itaque quoniam, in *peste simplici et benigna*, natura ipsa sanationis opus absolvere solet, a quacunque methodo activâ abstinendum. Quum vero natura hoc in opere versus cutim (ac si contagii e corpore migrantis vehiculo esset mate-

70) „Nemo interim arbitretur pestem opportunam esse medico pecuniam congerendi occasionem. Annonae caritas fere semper, quandoque et fames pestem stipant, quae medicum non minus premunt, quam caeteros. Deinde, nisi fors eum dura immitisque tenet avaritia, bonam partem stipendii egeni, pauperesque utplurimum absumere solent." (Chenot l. c.).

1) Sydenham (l. c. No. 25.) ait: „*Since then it appears quite unsafe to follow nature in her method of curing this disease. . .*"

2) Chenot (l. c. p. 98.) monet: „an ergo, quae observatione nititur, et ratione, quaeque suas operationes ad naturae sanantis normam accommodat, dirigit, exigit therapia, sanationis successu in caeteris morbis felicissima, in peste sterilis aut plane noxia esse possit?"

materia transpirabilis) ducere et in systema glandularum lymphaticarum (ac si hic fomitis morbi pars deponi deberet) agere videatur, medici est *diaphoresi*[3]) et *evolutioni bubonum*[4]) studere. Muniat ergo aeger corpus a frigore et potet infusum quoddam calidum: v. gr. theae cum saccharo

3) Felix Platerus (lib. III. cap. 2. de febrium curat.) monet: „Per habitum corporis manifesta evacuatione per sudores vel insensibili transpiratione, hujus pestiferae qualitatis facta evacuatio, vel saltem a corde, seu interioribus ad exteriora, seu centro ad superficiem evocatio praecipua curationis pars est.“ Et Diemerbroeck (l. c. cap. 14.): „Hoc autem venenum si debile . . . interdum vel solius naturae vi, vel medicamentorum tempestivo subsidio, brevi temporis spatio cum sudoribus per poros cutis expellitur et dissipatur . . . atque tunc unica forti sudatione ita restituuntur tales infecti, ut nullum mali vestigium relinquatur, sicut in hac nostra peste illud multoties contigisse vidimus.“ — Orraeus (l. c. p. 82.) diaphoresin, ubi licebat, per *corporis motum* obtinere studuit. Exemplum refert militum, qui prima itineris die, ob inconsuetam et extraordinariam lassitudinem sese manifestantem castra stativa pro nocturna quiete designata, nonnisi aegre attingere potuerunt, sed *sudoribus diffluentes* post breviores gressus convaluerunt. Recentiores ad diaphoresin excitandam *antimonium* commendant, alii sub forma *James-powder* ad grana quatuor, quarta quavis hora (Panvini l. c.) alii *tart. emet.* (Schönberg l. c. p. 79.). Timerem antimonium ob diarrhoeae periculum.

4) Vide infra No. 6.

charo, succo citri recenter expresso, cremore tartari, oxymelle simplici, vel ex foliis ruthae, veronicae, scabiosae, hederae terrestris similibusque, vel simplicibus, vel commistis, adjectis iisdem acidis [5]) (nisi pectoris affectio obstet), melle, syrupisve edulcorantibus. Unius alteriusve infusi cyathum repetat, donec cutis madeat. Interea commode tegatur, nequaquam stragulis gravetur. Utrum vigente diaphoresi *somno indulgere liceat, nec ne?* quaestio est, de qua diversimode sentiunt medici [6]), quamque dirimere non audemus. Aeger medico morem gerat, seorsum sub diaphoresi ne prorepat; praesto sint vasa, quae, si necessitas urget, faeces excipiant. Indusium nec intempestive nec incaute mutetur [7]). Quam-

5) „Simplicius adhuc foret remedium, si uncia aceti in libra aquae diluta, et melle syrupove grato, velut rubi idaei edulcorata calide partitis dosibus sumenda exhiberetur." (Chenot l. c. p. 117.).

6) Diemerbroeckius jubet aegros sub sudoribus *a somno arceri*, aitque, si ante peractum secundum sudorem dormissent, adeo debilitatos, et torpidos evigilasse, ut collapsae vires vix unquam ulla arte restitui potuerint. — Chenot contra inquit, „si somnus obrepit, dormiat," affirmans, a placido quietoque somno aegros suos refectos fuisse (l. c. p. 116.). Idem testatur Orraeus (l. c. p. 87.).

7) „Indusium hoc in casu praeferunt plerique (Diemerbroeck op. c. T. II. cap. 3. §. 6), quod ipse idem homo prius sanus aut alter portaverit, nec forte sine ratione." (Chenot l. c. p. 111.).

Quamdiu diaphoresis protelari debeat, ab effectu illius pendet[8]). In morbo miti (de quo hîc unice loquimur) redeunte sensim sensimque corporis agilitate, mentis serenitate et omnium functionum integritate, diaphoresis usque ad convalescentiam sustinetur; praescripto interea victu diluente et temperante. Decoctum panis, hordei, avenae dilutum, cui acetosa, oxalis, carota, incocta sit, sufficit. Potui eadem inserviunt, aeque ac cerevisia tenuis, serum lactis[9]); quandoque et vinum[10]).

3. In *peste inflammatoria* a diapnoicis et cale- C. pest. inflammatoriae.

8) „Sudores cum euphoria prorupturos praenuntiabant ructus frequentiores; calor per totam corporis superficiem aequalis; pulsus mollis et plenus; humores oris limpidiores facti et sic porro; ut contra ea anxietas; siccitas vel viscositas oris; frigoris externa sensatio; pulsus debilis exilis, saepe intermittens, et demum mador aquosus in superioribus tantum regionibus, utpote capite, collo et pectore, irritum immo noxium eventum indigitabant; quo in casu ab ulteriore provocatione sudorum illico abstinebatur." (ORRAEUS l. c. p. 87.).

9) „Sic absolvitur aegri, quem pestis sub mitissimae aegritudinis specie adoritur, medicatio. . . Si quis vero hanc methodum nimis simplicem et vulgarem existimet, quam ut iis arrideat, qui exquisita postulant, haud difficile erit, speciosiorem reddere, praemittendo vel simul exhibendo, pulveres, electuaria, bolos ex foliis, radicibus, seminibus plantarum leviter aromaticarum." (CHENOT l. c. p. 118. 119.).

10) Cfr. No. 5 (53.).

calefacientibus abstinendum. Sic enim et adhibito regimine antiphlogistico genius pestis inflammatorius, si a sola aegri constitutione plethorica ortus, jam temperari et abigi solet, morbo dein ut simplici decurrente[11]). Verum si natura pestis inflammatoria aut ab annua constitutione ortum habeat, aut phlogosi *genuina*[12]) viscerum nobilium stipata sit, phlebotomia celebranda[13]); quam plerique medici in peste omnino repudiant[14]), nonnulli tanquam unicum salutis praesidium

11) „Eam (venaesectionem) subinde indicari non inficior, inquit Chenot (l. c. p. 128.), *utut* nos etiam, ubi aegros aetatis floridae, temperiei sanguineae, bonarum virium nanciscebamur, *ab ea abstinuerimus;* sed potius medicamentis temperantibus, . . . febrim moderari adnitebamur, neque unquam neglectae nos poenituit phlebotomiae."

12) Wierus (Lib. rarar. obs. med.) meminit pleuritidum et anginarum pestilentium, in quibus venaesectio, quae maxime profutura putabatur, etiam exitialis fuit.

13) „Si in quodam aegro tanta reperiretur plethora, quae vires supprimeret . . . si simul pulsus plenus, tenaus, fortis, dolor capitis acutus, calor idem,*.... si pestis sub larva pleuritidis, anginae, peripneumoniae ingrueret, vel denique si in suo progressu in febrem vere inflammatoriam . . . degeneraret, venaesectio omnino indicari et sine piaculo vix negligi posse videtur." (Chenot l. c. p. 129.).

14) Cardanus, Paraeus, Corn. Gemma, Fernelius, Platerus, Raymundus a Vinario, Petrus Salius Diversus, Andreas Chiocchus, Palmarius, Min-

sidium laudant[15]), sapientiores in certis tantum morbi circumstantiis admittunt[16]). Quo maturius venaesectio instituitur, quoque vegetior est aeger, eo

DERERUS, A. TREVISUS, ANDERNACUS, SORBAIT, FALLOPIUS, H. FLORENTIUS, SIMONIUS, DODONAEUS, FABR. HILDANUS, GESNERUS, DONZELLINIUS, HEURNIUS, BAUHINUS, BOCKELIUS, DIEMERBROECKIUS, LARREY etc. — ORRAEUS ait (l. c. p. 124.): „Chirurgi castrenses, quos *Jassiae* inveni, omnes ingenue fatebantur, venaesectiones, quas in initio pestem ignorantes, et morbum tanquam febrem aliam continuam tractantes, sat crebro instituerunt, nunquam effectum optabilem produxisse; sed e contra, viribus vitae subito decrescentibus languorem mortalem presso pede insecutum fuisse. Idem *Moscuae* evenisse palam erat; quamobrem a Collegio sanitatis, mandato rigoroso cautum fuit, ne barbitonsores, nisi ex praescripto practici approbati, venaesectiones instituerent."

15) LUD. MERCATUS, ALEX. MASSARIA, TRINCAVELLIUS, JOANNES COSTAEUS, ALTOMARUS, PEREDA, ANDERNACUS, LUD. SETTALIUS, J. A. SARACENUS, MONTUUS, P. MONGIUS, PASCHALIUS, FONSECA, MERCURIALIS, FORESTUS, ZACUTUS LUSITANUS et maxime SYDENHAM.

16) MASSA, ERASTUS, AUGENIUS, GUIDO GUIDI, MANARDUS, CHENOT, SCHRAUD op. c. 2. *Th.* p. 80 seq. — Pulcherrime MERTENS (op. c. P. II. cap. 3. p. 137.): „Venaesectionem in peste valde nocivam judico. Nollem tamen omnino et absolute illam dissuadere, si in plethoricis morbum inflammatorium cum phrenitide status nervosus proferret." Sic et GROHMANN (l. c. p. 130.) sentit.

eo securior eventus. Caeterum venaesectionem alioquin indicatam non solum ante bubonum et carbunculorum apparitionem, sed quocunque demum mali tempore instituendam esse constat[17]) *Copia* sanguinis detrahendi viribus aegroti respondeat oportet. Sunt qui cruorem usque ad lipothymiam mittant[18]). Mediam hìc quoque viam suademus[19]). *Scarificationes*, *cucurbitulae* et *hirudines* antiquitus pluries adhibitae[20]), po-
stero

17) Historicus Rondinelli (l. c.) de peste Florentina a. 1630 ait: „*si è veduto per esperienza che nel principio del male, mentre l'ammalato aveva buone forze quelli a chi si cavava sangue, la maggior parte guarivano, se bene già era apparito il bubone, o il carbonchio, con questa eccezione però di farlo parcamente, e molto meno di quello, che per l'ordinario si farebbe, con aver riguardo non solo alle forze presenti, ma alle future.*"

18) Jam alibi (*Erläuterung der Erregungstheorie. Heilbronn* 1802. p. 163.) narravi D[rem] Salina, medicum *Aleppo* in *Syria* praxin exercentem, me litteris quondam certiorem reddidisse, pestem interdum ad morbos sthenicos spectare, tuncque venaesectionem usque ad lipothymiam exposcere.

19) „Conservatio virium mediocrem potius quam largam suadet . . . si una expectatio se non probet effectu, repeti potest." (Chenot l. c. p. 133.).

20) Praeter Galenum (lib. de cucurbit. et scarificat cap. 20.), Oribasius (lib. VII. Collect. cap. 20.) Septalius (l. c. lib. 5. cap. 19.), Alexand. Massaria (l. c. lib. II.), Eustachius Rudius (art. med Lib. III. cap. 30.) etc.

sterorum laudem *non* obtinuere[21]). Praeterea maximo periculo chirurgos exponunt. *Haemorrhagiae spontaneae*, nisi (quod saepissime accidit) vitae insidias struant, non sedandae[22]). *Eccoprotica* et *clysteres*, aliàs in febribus inflammatoriis tam proficui[23]), in peste, solo scopo antiphlogistico, tuto adhiberi nequeunt: diarrhoeae enim haud amplius cohibendae periculum portendunt[24]); et alioquin alvus clausa minime nocet[25]).

21) „. . . plurimos enim *talibus sanguinis evacuationibus* ab aliis duobus medicis (quos honoris gratia non nomino) *occisos fuisse* novimus, quibus tandem illi ipsi medici (qui illud in Eustachio lègisse videbantur) cum variis ex suis domesticis, misere interempti sunt." (Diemerbroeck op. c. Lib. III. cap. III. §. 2.).

22) Paraeus op. c. lib. XXI. cap. 26. Contra vero vidit Diemerbroeckius (op. c. lib. III. cap. 10. §. 1.) haemorrhagias adeo perniciosas „ut si in principio non satis tempestive sisterentur, postea nullis remediis sisti possent." Chenot (l. c. p. 163) *epistaxin* salutarem vidit, ubi a signis plethorae annuntiabatur, ubi illam levamen secutum erat; lethalem vero, ubi debilitas urgebat et peticulae accedebant. Menstruorum eandem rationem esse ac epistaxeos idem monet vir expertus (l. c. p. 164.).

23) Part. I. Vol. I. Sect. II. cap. I. §. VI.

24) *Purgantia* tanquam damnosissima rejiciunt Paraeus l. c. — Morellus l. c. — Palmarius l. c. cap. 7. — H. Cardanus l. c. lib. II. contrad. 4. — G. Horstius decad. X. probl. I. — Jo. Bockelius regim. part. 2. cap. 9. De *eccoproticis* et *clysteribus* monet Diemerbroeck (op. c. lib. III. cap. 4. §. 3.): „sic

cet[25]). Sub iisdem rerum positionibus, sub quibus *frigus* in febribus nervosis commendavimus[26]), id etiam in peste in usum duci potest[27]). Sales neutri refrigerantes porrigendi quidem

non semel solum syrupum rosatum solutivum, aut de cichoreo cum rheo, nonnunquam solum prunorum decoctum, ut et ipsam quoque mannam ac clysmata emollientia, *diarrhoeas lethales excitasse*, summasque virium prostrationes induxisse visum fuit." Purgantia uno ore damnabant medici Jassiae teste Orraeo (l. c. p. 12. et 126.). Mertens (op. c. P. II. cap. 3 p. 136.) ait: „Purgantia, et quidem levissima, omnia pessumdabant; ab horum usu in diarrhoeam vix compescendam et summam debilitatem aegri incidebant."

25) Julius Palmarius (l. c. cap. 23.) scribit: „Quam diu xenodochio curandis aegrotantibus praefui, eos quibus per initia alvus adstricta esset ... magna ex parte convaluisse deprehendi: contra vero, quibus sponte vel arte proflueret, omnes fere occubuisse." — Diemerbroeck (l. c.) fatetur: „Alvi adstrictionem non modo *non* nocere, sed primis diebus *prodesse*, saepius observavimus."

26) Part. I. Vol. I. Sect. II. Cap. V. §. XXXI. 22.

27) An *aqua frigida* peste correptis, tuto porrigi possit nec ne, multum litigarunt medici. Rhazes (lib. de peste. cap. 7.) aquam frigidam aegris pestiferis porrigit: „nam, inquit, si paulatim absorbeatur, sudorem elicit, et adjuvat foras extrudere superflua ad corporis superficiem." Huic sententiae respectu ad ipsam pestem bubonicam accedunt Mercurialis (op. c.) et Paraeus (op. c.). Contra Forestus (lib. VI. obs. 23.) asserit, omnes pestiferi, qui ob ingentem febrilem calorem aquam bibissent, mortuos esse. Diemer-

dem at parca manu ne auctâ urinae secretione, cutis

BROECKIUS (op. c. lib. III. cap. 2. §. 1.) rejiciendo consilium eorum, qui aquam frigidam largâ manu usque ad satietatem bibere jubent, altera ex parte ait: „. . . animadvertimus alios qualescunque potus aegros saepe maxime gravasse, iisque anxietates induxisse, cum aquae simplicis potus nil tale efficeret, sitim melius extingueret, et aegros alacriores redderet." Et in peste Moscuae a. 1771 grassante potus aquae frigidiusculae concedebatur (ORRAEUS l. c. p. 29.). „Quodsi ob ingentem sitim aeger plus potare avet, quam vires ferant, et hinc metus est, ne moles movendorum justo plus augeantur, juvabit illam fallere, detentis ore refrigerantibus acidis, quo taleolae citreorum, aurantiorum saccharo respersae, tamarindorum pulpa, pruna acido-dulcia, cerasa, rotulae ex succo ribesiorum aut berberum, acetum dilutum aliaque similia spectant." (CHENOT l. c. p. 125.). Quoad *epithemata frigida*, propter cephalaeam et delirium capiti pestiferorum admoveri solita, DIEMERBROECKIUS illa adversatur. Ratio quidem hujusmodi adversionis hypothesin redolet („quia haec caussam mali tunicis cerebri firmius affigebant") at mox ad experientiam provocat („et talium usum plurimis infeliciter cessisse animadvertimus"). Peste Moscuae vigente *Catharinae II.* in mentem venit, frictiones ope glaciei institutas prodesse posse. Illico in nosocomio instituebantur, operâ imprimis SAMAILOWITZ (l. c. 2. *Th.* p. 128—132.), et, ut urbanitas ac veneratio exposcunt, ad sidera usque extollebantur. Interea hujuscemodi frictiones glaciales sub eadem rerum positione sub qua *affusionem cum aqua frigida* in febribus nervosis commendavi et in typho commendabo, in peste locum habere posse, mi-

cutis excretionem impediamus[28]). *Epispasticorum* indicationes et hic valent[29]).

C. pest. gastricae. 4. In *peste gastricâ* dum natura saburram et bilem ipsa vomitu non excutit, is arte eliciendus[30]). Irritatio gulae mechanica; aqua tepida cum butyro insulso, oleo, melle, oxymel scilliticum, radix ipecacuanhae[31]) fere sola sunt, quae tuto adhiberi possunt[32]). Indicatio quidem pro eme-

nime negandum. Ac re quidem vera hujusmodi *affusiones frigidae* cum successu in peste Nojae adhibitae fuere. (ARCANGELO D'ONOFRIO l. c.).

28) „Sales neutri, imprimis nitrum, aut sales ammoniaci mites addi debent (sero lactis, decoctis hordei, avenae, graminis etc.); at *refracta semper dosi*, ne urinam aut alvum justo plus cieamus, et cutis excretionem adeo in peste utilem alio divertamus." (CHENOT l. c. p. 124.).

29) Ad capitis dolorem minuendum cruribus varii generis irritantia applicari solent. *Cataplasma raphani* cum rutha, sale et aceto praesertim sibi laudem promeruit (FORESTUS, RIVERIUS, DIEMERBROECK l. c. lib. III. cap. 8. §. 1.).

30) „Natura talem saburram nonnunquam, praesertim ubi vires adhuc bonae sunt, suapte sponte per vomitum excutit, non raro tamen sive ob imbecillitatem, sive ob materiae tenacitatem sui muneris obliviscitur, unde omnino per emetica sollicitanda est." (CHENOT l. c. p. 147.).

31) A granis XX. ad XXX. in peste Moscoviensi a. 1771 adhibebatur (ORRAEUS l. c. p. 29.).

32) CHENOT l. c. — *Antimonium* ad emesin in peste excitandam (suadentibus DROETO l. c. cap. 11. —

emetico maxime ab initio morbi urgere solet, posset tamen et tardius locum invenire[33]). Excussa per vomitum materia, turbae inde natae narcoticis[34]) sedari debent. Caveas enim ne emetica eousque repetenda esse putes, quousque vomendi desiderium exstat. Tale videlicet desiderium

Quercetano in alex. lib. II. cap. 7. — Sala l. c. etc.) haud tutum esse, jam Diemerbroeck intellexit (l. c. lib. III. cap. 5. §. 5.).

33) „Verum et notandum est, facile evenire posse, praesertim in aegris febre putrida detentis, *ut in progressu morbi saburra*, potissimum bilis, circa praecordia colligatur, quae ab initio non fuit, quaeque proin, mox ubi se manifestat, per vomitum, aut pro re nata per alvum deturbari debet." (Chenot l. c. p. 149.).

34) Rondeletius multique alii medici, vomitum in peste non esse sedandum, sed vomitoriis promovendum docent. Monet vero Diemerbroeck (op. c. lib. III. cap. 9. §. 1.) tale consilium vomitui *symptomatico* non quadrare. Docet enim, citissime medicamentis supprimendum esse, videlicet „antequam prostratis viribus una cum excrementis ipsa quoque anima evomatur." Ad vomitum autem, pestis symptoma sedandum, sibi laudem promeruere *vinum*, praesertim rhenanum, cum *aqua acidula* et *succo citri* (Christophorus de Cock von Kerckwyck apud Diemerbroeck l. c. §. 2.); *carbonas potassae* cum *succo citri recente* sub aetu effervescentiae hausta (Riverius Tract. III. de febre cap. 1.) et *fotus* regionis ventriculi ope herbarum aromaticarum in vino decoctarum (Mindererus op. c. cap. 17. Palmarius op. c. cap. 24.).

rium et absque saburris se manifestare solet[35]), et interdum latentis gastritidis sistit effectum[36]. Colligitur inde, quam arduum sit, indicationi pro emetico in peste satisfaciendi[37]). Nec minoribus difficultatibus indicationes respectu *pharmacorum alvum ducentium* circumdantur[38]). Licet enim haec auxilia in peste, ubi alvus spontanea aliis in aegrotis utilitatem attulit, et ubi ex praegressa intemperantia, abdominis elatione, vagis doloribus, murmure, hypochondriis tensis, dolentibus aliisque indiciis, materiam in intestinis turgere jamque exitum moliri cognoscitur, non

35) „. . . vix non semper adhuc superest (post emeticum) in vomitum propensio, quae quidem etiam in illis observatur, qui nullum secum ferunt crassioris materiei ventriculum infestantis indicium." (Chenot l. c. p. 147.).

36) „Verum et subinde contingit medicum non prius vocari, quam ubi natus ex vomituum frequentia intolerabilis cardiae ardor, dolor, febris, sitis aliaque indicia *ventriculi inflammationem*, aut jam praesentem aut certe imminentem manifestant." (Chenot l. c. p. 151.).

37) Carum itaque esto viri experti sequens consilium! „Si virium in aegro vacillans status, aliave symptomata citam poscerent medelam, aut ex emetici dilatione damnosae prudenter metuerentur sequelae; utque satius esset in casu dubio aegrum emeseos, quam gravioris mali subire periculum." (Chenot l. c. p. 149.).

38) „Omnis enim, quae non ad sanitatis legem et morem fit, evacuatio, cutis excretionem, adeo in peste necessariam, divertit." (Chenot l. c. p. 151.).

non ita proscribi possint, ut supra fecimus[39]); nihilominus ad illa nonnisi elapsis primis morbi nychthemeris[40]) et blandissime[41]) recurrendum est. Saepe satius, eliminatam sponte per alvum materiam non cohibere[42]). Quodsi diarrhoeae ope nil nocivi evacuaretur, sed contrâ vires inde magis magisque prosternerentur, illa mox sistenda[43]). In genere quoties in peste status irritationis

39) No. 3. „Remanens enim in corpore talis materies morbum fovebit, spasmos turbasque suscitabit, quae salutari cutis excretioni, miasmatis depositioni non minus, forte et plus officient, quam si fluxisset, Praeterea eadem haec . . . quo diutius in corpore hospitabitur, tanto magis corrumpetur, et funestam serius ocyus inferet diarrhoeam." (CHENOT l. c. p. 152.).

40) „Quivis vero aeger alvum clausam, ut minimum ad *quartum diem* usque, si non ultra sine incommodo perfert." (CHENOT l. c. p. 152.).

41) „Solenne vero nobis erat *pacificam hanc catharsin* sic instituere, ut quod per alvum secessurum esset, liquidum simul resarciretur. . . . Nostris Valachis pruna, aut etiam mala persica cum melle coquebamus in pultem, quam cochleatim sumebant et calidum superbibebant hordei decoctum." (CHENOT l. c. p. 153.).

42) „Ubi alvus spontaneo et simul moderato fluxu, sine virium et excretionis cutaneae detrimento saburram evacuat, nihil tentandum erit, quod eandem sistere, aut turbare queat." (CHENOT l. c. p. 154.).

43) „Concludimus igitur in peste non esse indulgendum alvi fluxui (quicquid obganniant nonnulli, qui lupum in stabulo concludendum non esse clamitant) sed si-

tionis tubi intestinalis animadvertitur, *usus olei* non praetermittendus 44). *Complicationi verminosae* non purgantibus sed aliis anthelminticis occurrendum 45). Ad calomel confugere non audere-

dem quam citissime resistendum." (DIEMERBROECK op. c. Lib. II. cap. 11. §. 1.). — PARAEUS (lib. XXI. cap. 40.) ad hos fluxus commendat bolum armenum, terram sigillatam et similia. DIEMERBROECK simul ad theriacam confugiebat. ANGELUS SALA (l. c.) clysteres ex capite vitulino in aqua decocto infusis adstringentibus e. c. rad. tormentillae suadet. Recentiores *pulverem Doveri* exhibent. (GROHMANN l. c. p. 158.).

44) Scribit PASSERI (l. c. p. 81.): „*Anche li Olj fissi vegetali, singolarmente quel d' Oliva, usati pur per l' interno, com' è stato suggerito sin dal* 1705 *da* MATTEO GIORGI *in Genova, quindi dal gran* BOERHAAVE, *e praticato nella peste di Messina nel* 1743, *e di recente in quella di Tangeri dal Sr.* GRABERO DI HEMSO *col Sr. Dr.* SOLA, *con dei vantaggi, potranno giovare.*"

45) „Peste enim infecti protractum, utut mitem alvi fluxum non ferunt, multo minus fortem catharsin.... Interim si quis familiaria et usu comprobata quaedam contra vermes speciatim usurpare cupit, *ea seligat*, quae non turbant. Sic sulphur, cinnabaris, pulveres absorbentes, radix paeoniae, filicis et alii id genus pro re nata in usum trahi queunt, dummodo nil exhibeatur, quod officiat, et ea interim fiant, quae majoris momenti postulant indicationes. Hinc si vires simul excitandae sunt, camphora, myrrha, scordium, tanacetum, *radix valerianae sylvestris*, quae a virtute

deremus: est enim *mercurius* suspectum in peste pharmacum[46]).

5. Ex innumerabilibus pharmacis ab antiquitate ad vires vitales in peste erigendas et ad effectus veneficos contagii pestilentialis delendos, adhibitis[47]), aevo nostro bonâ solummodo adhuc C. pestis nervosae.

anthelmintica laudantur et simul stimulant, caeteris anteponi debent." (Chenot l. c. p. 158.).

46) „*Medicamenta mercurialia*, varia forma et dosi, tam inquam externe usurpata nec minimam utilitatem praestarunt." (Orraeus l. c. p. 154.). *De calomel* fatetur Grohmann (l. c. p. 135.): „*Ich wendete ihn oft, und — ich gestehe es — oft an unrechten Orten an, wie mir es später einleuchtete, verleitet durch so viele Anpreisungen desselben. Seine Wirkung war sichtbar äusserst nachtheilig, die Bubonen arteten in ein gangränöses Ansehen aus, die Carbunkeln wurden brandigter, und überhaupt die Decomposition der Säfte schien durch den Gebrauch des Calomels noch mehr von ihrem Normal-Zustunde sich zu entfernen.*" Quid igitur de consilio Zocchii (l. c.) cogitandum, qui (analogiae inter pestem et syphilidem et vi oxygenii adversus pestem innixus) usum *mercurii sublimati* in peste jactat?

47) Ea pharmaca quot quot sunt singulatim recensere non est nostri instituti. Illorum elenchum magno labore collegit Matthias Unzer (antidotar. pest lib. II.). Sufficiet hic meminisse praecipuorum, ad quae spectant: 1°. *Lapis bezoar.* Circa cujus in peste virtutem opiniones discrepantes docte exposuit Casparus Bauhinus (lib. de lap. bezoar. cap. 34 et 37.). A praxi loimicâ expulerunt lapidem bezoar testimonia de illius inefficacia, allata a Cratone (in epistola ad

huc gaudent famâ *acetum* [48]), *acida mineralia* [49]),

Thom. Jordanum), ab Hercule Saxonia (in Praxi lib. VIII. cap. 3.), a Mindeerero (op. c. cap. 15.) et a Diemerbroeckio (op. c. lib III. cap. 5. §. 6.). — 2°. *Bolus Armena.* Commendabatur a Galeno (lib. IX. de empl. med. facult. cap. de terra Samia) et a Fernelio (lib. II. de abdit. cap. 12.). — 3°. *Smaragdus.* Laudant Mindererus (l. c.), Fumanellus (de peste cap. VI.) etc. — 4°. *Sapphirus et Hyacinthus.* Extollunt Augenius (l. c. cap. 8.) et Crato (l. c.). — 5°. *Succinum.* Adhibuit Georg. Agricola (l. c. lib. II.). — 6°. *Moschus.* Communi fere consensu vituperatur, uti videre est apud Diemerbroeck (op. c. lib. II. cap. 5. §. 9. — lib. III. cap. 5. §. 15.). Laudatur tamen a Grohmann (l. c. p. 149.) qui et *asam foetidam* commendat. — 7°. *Salia ex cineribus cardui benedicti, scordii, absynthii, ruthae* etc. *parata.* Adhibuerunt Droetus (l. c. cap. 12.), Diemerbroeck (l. c. §. 10.) etc. — 8°. *Pulvis* Foresti (lib. VI. in schol. obs. 16.). Constat ex octodecim pharmacis, inter quae radix dictami et gentianae; bolus armena, rasura eboris, coralli, succinum etc. — 9°. *Electuarium de ovo Maximiliani Imperatoris*, cujus formulam Quercetanus (l. c. cap. 5.) et Diemerbroeckius (l. c. §. 16.) tradunt. — 10°. *Theriaca Germanorum Monavii*, quae constat ex illis partibus solitis theriacae, quae apud nos pura et sincera inveniri possunt. (Diemerbroeck l. c.). — 11°. Antidotum Matthioli (in praefat. Lib. VI. ad Dioscoridem). — 12°. *Opobalsamum* quod Graeci in usum ducere solent, quodque quatenus remedium volatile et aromaticum, nervis amicum, multum boni praestare queit monente Chenot (l. c. p. 133. not.).

lia [49]), *camphora* [50]), *spiritus nitri dulcis* [51]) et

48) Forestus lib. VI. in schol. obs. 19. — Lev. Lemnius II. occult. cap. 36. — Diemerbroeck (op. c. lib. III. cap. V. §. 21.) qui ait: „Acetum in pestis curatione plurimum valere multoties observavimus."

49) Minderer (l. c. cap. 15.) in haec verba prorumpit: „Si mihi *vitriolatorum medicamentorum* usus, vel interdiceretur, vel inhiberetur, ego ad pestis curationem nunquam, vel saltem inermis accederem." Et Diemerbroeck (l. c. §. 11.) de virtute *acidi vitriolici diluti* scribit: „Hos effectus non nostra solummodo sed plurimorum quoque doctissimorum experientia jam a longo tempore probavit." Chenot convenit, sed monet (l. c. p. 170.): „in acidorum usu caute mercandum est cum infantibus, quos, quum per se valde irritabiles sint, levis etiam acor in morbo facile offendit." Orraeus (l. c. p. 101.) ait: „Hisce remediis resolventibus et analepticis, evidentissimo cum successu usum *spiritus vitrioli*, per totum morbi decursum adjungere solebam . . . manifesto, nauseae et vomitus, dolores capitis, gustus oris depravatus et reliqua ventriculi affecti indicia remissiora fiebant; diarrhoea et delirium praevertebantur; vires emendabantur, maturatioque bubonum et carbunculorum promovebatur." — Grohmann acida mineralia et speciatim *acidum muriaticum oxygenatum* caeteris remediis anteponit (l. c. p. 120—125.). Sic et Panvini (l. c.).

50) Jo. Crato (lib. de peste et epist. med. a Scholzio collecta 103 et 234.) nec non Goclenius (l. c.) camphoram in curatione pestis super omnia remedia extollunt: cujus encomium describit Mindererus (l. c. cap. 15.): „nostris laudibus insigniter merito cele-

et *theriaca Andromachi*[52]), *vinum*[53]) atque *vesi catoria*[54]).

6. *Bu* branda venit camphora, non mirabile modo, sed forte et efficax pestis alexiterium:" si modo magi capitis et ventriculi dolores non adsint. GEMMA (c.) etiam confecit *electuarium camphoratum*, quod ex perientiâ patris, ac sua ipsius se efficacissimum v disse asserit. — JOANN. POPPIUS camphoram in *acet* dissolverat et hujus cochlear unum exhibuit contr aestum a pestilenti veneno excitatum. Jo. HART MANNUS hanc aquam pestilentialem camphoratam i peste a. 1611 plurimis insigniter profuisse refer Praeterea *camphora* et usui externo inserviebat: „In ter refectiones, inquit MINDERERUS (op. c. cap. 76. connumerandi sunt odores, jucunda exhalatione spir tus plurimum reficientes. . . . *Camphora* aquae ros rum immergitur et ex hac aqua linteum madefit, qu frons, tempora, labia et cordis regio abstergitur. Quoad usum internum CHENOT (l. c. p. 119. not ait: „Multum boni a penetrante, stimulante, nerv amica, diaphoretica camphorae virtute sperare licet. Et infra (p. 138): „Ejus usu vidimus non raro vir insurgere et petechias laetiorem induere colorem; in mo unus et alter . . . ex ipsis orci faucibus erep sunt." Exhibebat secunda aut tertia quaque hora pu visculum duorum triumve granorum camphorae cu saccharo; vel etiam cum *aceto* destillato.

51) „Quando ob subitaneas *virium prostrationes*, *dolor capitis vertiginosos et defectiones animi*, prompta re quirebatur medela, tunc nullum certe cardiacum eff caciorem opem tulit, ac *spiritus nitri dulcis*. Ani mam quasi languentem refocillavit, vires vitae laber tes erigebat, dolores capitis vertiginosos egregie sust lit, vel ad minimum sublevavit, imo *fastidium cibo*

6. *Bubones* (saepe rebus absurdis tractati[55]), C. bubonum.

rum et *gustum depravatum* corrigebat. Tantam celebritatem medicamentum hoc Jassiae sibi conciliavit, ut permulti Praefecti militum, ex affectionibus denominatis male habentes, id a me avide et frequentissime expeterent, penumque meam brevi exhaurirent. Guttas ejus XX—XL ex vario vehiculo, plerumque aqua frigida, pro exigentia symptomatum aliquoties de die propinavi." (ORRAEUS l. c. p. 89.).

52) Virtus hujus medicamenti a multorum seculorum experientiâ comprobata est. Ne enim de GALENO (lib. de theriaca ad Pisonem c. 6.), AETIO (Tetrab. IV. serm. 1. cap. 96.), PAULO AEGINETA (lib. II. cap. 36) aliisque antiquis, quippe qui pestem nostram non cognoverunt, loquar, ad scriptores de peste bubonica provoco, interque hos praecipue ad AL. MASSARIAM (lib. II. de peste) et DIEMERBROECKIUM (l. c.) cujus epistola responsoria ad *Guidonem Patinum* die 23. Martii 1658 scripta lectu dignissima est. Inter alia ait: „. . . . ex litteris tuis percipio, . . . quod omni postposita adulatione sententiam meam de theriaca tam animose rejicias. . . Verum nimis praecipitanter tam antiquum maximique nominis medicamentum atro calculo a te depingi seu denigrari videtur. Rideo etiam multorum, imprimis Germanorum, vanas jactationes, qui theriacam Andromachi contemnentes, tanquam quid melius probaturi, multa alia excogitavere, conscripsere et ad coelum usque extulere composita medicamenta et antidota, quorum omnium splendor, propter minorem efficaciam, majoremque incertitudinem tempore periit. . . . Theriaca congeries quidem est multorum et diversorum simplicium, sed hoc nihil detrahit ejus dignitati. . . Quantum ad theriacae cali-

ti[55]), juxtaque indolem pestis curandi) in genere

ditatem, ... cum pestis sine febre est, quid tunc, quaeso, vetat usum theriacae ob caliditatem ... in qualibus casibus theriaca semper felicissime usus sum. Expertus haec scribo, non vero ex traditione veterum. ... Si quis forte putet ... posse curationem pestis commodius absolvi per venaesectiones et purgationes, ille non minus infelix erit in curatione pestis, quam si luem veneream sine ligno guajaci, sassaparilla, mercurio, aliisve antidotis velit curare. ...“ Et Chenot (l. c. p. 121.) inter narcotica *theriacam* maxime elegerat, „utpote quam Valachi norant, et inter pharmaceutica omnium minime respuebant: caeterum pulchris usibus idonea est.“ Passeri (l. c. p. 83.) asserit: „*Jo ho sperimentato utilissimo come attonante sudorifero il Thé con della Teriaca.*“

53) De vini in peste usu haec scribit Mindererus (op. c. cap. 19.): „Vinum tempestive ac suo loco, consideratis omnibus circumstantiis exhibitum, magni medicamenti vicem gerit, hoc enim aegri celerrime recreantur, ac regeneratis denuo spiritibus, vires resumunt, et quodam modo reviviscunt, ut mirari quandoque liceat, naturam tantopere delassatam pauci meri exhibitione tam cito refocillari ac insurgere.“ Julius Palmarius (op. c. cap. 16.): „Potus, inquit, esto vinum album, vel gilvum, odorum, bene defaecatum, beneque maturum: hoc enim languidioris naturae vires, disjectosque spiritus mirifice recreat atque reparat, et optimum pestilentis veneni antidotum existit; simplici peste perculsis nunquam denegandum: sed diluatur aqua quae cum rasura cornu cervi fervuerit. Diluendum autem pro consuetudine, si simplex pestis nec siti, nec ardore insigni fatigat. At si febri

nere neque studio resolvendi[56]), neque vi eli-
R 2 cien-

putridae implicita est, urgentque calor, dolor, sitis ac praeterea si ferventissimus aestus sit, vel regio torrida, vel natura aegrotantis biliosa, vel oligophorum seligendum, liberaliusque diluendum atque temperandum, vel in totum vino interdicendum est." Sic quoque Riverius (lib. de febr. Sect. 3. cap. 1.) dicit se peste laborantibus vinum felici cum successu saepissime exhibuisse. Diemerbroeckius disceptationes inter medicos circa vini in peste usum sequenti modo conciliat (op. c. lib. III. cap. 3. §. 6.): „Ad quaestionis, inquit, solutionem dicimus propter magnam debilitatem vel syncopem vini usum permitti posse, dummodo aeger non sit valde biliosus, et febris non sit vehementer ardens, neque adsit capitis dolor, aut ullum delirii signum, neque visceris alicujus inflammatio: dummodo aeger sit vino assuetus, neque sit puer; dummodo etiam morbus non sit in principio, sed circa statum. Extra hos casus vinum tenue, dilutum, subacidulum et aquosum concedi potest, nam vires citissime reficit, viscera corroborat et malignitati resistit." Chenot (l. c. p. 135.) ait: „Valde languidis, vigilibus, morosis, stupidis torpidisque, pulsu interim fere naturali, *imprimis convenit inter alia vinum*, sero lactis aut infuso stimulante mixtum."

54) Veteres in curatione pestis maximi faciebant *vesicatoria*, quae applicabant brachiis, tribus digitis supra carpum et parti interiori crurum supra malleolum. Marsilius Ficinus ante eruptionem anthracum et bubonum, adhibuit vesicatorium paulo supra carpum dextri brachii ab interiore parte et supra talum interiorem dextri pedis. Jacobus de Partibus (in com. supra primam quart. Avicennae, cap. de febr. pest.)

ciendi [57]). Ubi in inguine aut sub axillis comparent [58]),

inter alia remedia convenientia enumerat vesicatoria brachiis et cruribus apposita. Hercules Saxonia maximi quoque facit revulsionem, quae fit per vesicatoria (Lib. de phoenig.). Diemerbroeck (op. c. lib. III. cap. 12. §. 5.) ait: „Vesicatoria in hac peste profuisse millies observavimus.“ Chenot (l. c. p. 140.) scribit: „*Vesicatoria* .... in omnibus, quos vis vitae deserit, itidem locum habent.“ Grohmann non solum vesicatoriorum effectus extollit, sed etiam illos interni *cantharidum* usus omni quarta horae parte ad octavam partem grani porrectarum (l. c. p. 194.). Hypothesis, statum paralyticum in peste sic abigendi, illi hoc remedium, nemini commendandum, suggessit.

55) Scopo ex bubonibus veluti magneticâ vi pestis venenum extrahendi, illis imponebantur ostreae, ranae, testudines, cochleae, bufones, tinca, anguilla, muraena, passer, gallus, pavo, cornix, corvus etc. uti videre est ex Paracelso (lib. de peste tractatus I.). Praeterea *oleo Scorpionum* multae tribuebantur laudes a Palmario (l. c. cap. 11.). Petro Salio (l. c. cap. 23.), Alex. Massaria (l. c. lib. II.) etc., quas laudes nunc sibi oleum simplex vindicare, supra monui. Commendabatur quoque a Barbetto emplastrum magneticum arsenicale.

56) „Curationem tumorum pestilentialium omnium tutissime et jucundissime per discutientia peragi posse, nonnulli haud parvi nominis medici judicant, ... nobis tamen tutior ac certior videtur illa curatio quae fit per *suppurationem*, quam tot saecula, tanquam meliorem, et ipsa experientia magis probatam, hactenus receperunt, cujus etiam in hac nostra peste optimos

parent[58]), vel spongia aqua *calida imbuta*[59]), vel

effectus et eventus experti sumus." (DIEMERBROECK op. c. lib. III. cap. 12. §. 1.). CHENOT (l. c. p. 175.) scribit: „Quamdiu igitur bubones inter alterutrum exitum, quod sub initio communissimum est, ambigunt, suadet ratio ut mediam viam incedamus, et eventus determinationem naturae, arte utplurimum sapientiori relinquamus, nihilque tentemus, quod eam in transversum agere valeat." Et ORRAEUS (l. c. p. 103.): „quando bubo, jam primis morbi diebus, sine interruptione increscebat, et circumjacentem cellulosam in tumorem aequalem elevabat, reliquusque aegroti status quoad vires tolerabilis fuit, tunc remedia externa emollientia et oleosa sufficiebant, effectumque speratum producebant.".

57) ZACUTUS LUSITANUS (lib. III. Prax. admirab. obs. 3.) cucurbitulas partibus buboni vicinis imponere suadet. Alii *ipsis bubonibus* cucurbitulas cum multa flamma admovent. Ex hac methodo DIEMERBROECKIUS (l. c. §. 8.) non solum nunquam levamen, sed semper cruciatus immanes, febres acerbiores, inquietudines et anxietates majores observavit. Illam jam AL. MASSARIA (op. c. lib. II.) rejicit, dicens, „hos tumores non admodum graviter et aspere tractandos esse, tam incipientes quam declinantes, cum perpetuo nos oporteat operam dare, ut naturam juvemus ac foveamus, at nullo pacto ut eam magis vexemus et labefaciamus." „Fuerunt quoque, inquit ORRAEUS (l. c. p. 104.), tam Jassiae quam Moscuae, qui cataplasmatis talibus *cantharides* miscebant; sed irrito, quantum mihi notum est, cum successu: nam cuticula detracta, crusta sphacelosa, carbunculi sicci aemula, brevi producebatur, suppuratione bubonis neutiquam insequente." Idem post *vesicatoria* accidere fatetur LER-

vel *cataplasmate emolliente*[60]), vel *emplastro simplici*[61]) foventur. Dum dolore stipantur saevo, appli-

NET (l. c.). Nihilominus GROHMANN illa adhuc adhibuit (l. c. p. 180.).

58) Tumoribus, qui prope aures vel in collo prodeunt, nisi pacem concedendam saltem pauca et lenissima imponenda esse auxilia suadet DIEMERBROECKIUS (l. c.); alias enim illi tumores cum suffocationis periculo multorum exitio enormiter crescunt. Idem fatetur ROMANI (l. c.).

59) „Verum in his potissimum aegris (peste inflammatoria laborantibus), *fomenta topica* spongiarum, aut linteaminum aqua, resolvente quodam remedio leviter impraegnata, temperate calida, imbutorum ope, sub axillis imprimis et ad inguina abs re non fore videntur." (CHENOT l. c. p. 124.).

60) Ex herba malvae, seminibus lini etc. „*Fomenta et cataplasmata*, inquit CHENOT (l. c. p. 172.) eximii sunt subinde, et ferme necessarii usus; incommodum tamen habent, quod apud aegros parari, certo caloris gradu apponi, in eoque conservari, et frequenter renovari debeant, indeque denudationem poscant, et gnaros sedulosque ministros, qualium in peste plerumque penuria est."

61) E. g. diachylon. — DIEMERBROECK (l. c.) saepe ab ipso principio usque ad perfectam suppurationem hoc solum emplastrum imposuit: R. Gummi galbani aceto dissoluti, emplastri oxycrocei, diachyli cum gummis ââ unciam unam. M. — CHENOT (l. c. p. 172.) ait: „Commodissima sunt *emplastra*, quia a chirurgis pro suo otio ad telum extendi, comportari, aegris distribui possunt, cito applicantur, tenacius adhaerent, et rariorem postulant renovationem."

applicatio exposcitur *narcoticorum*[62]). Quodsi bubones aegre prodirent, illorum evolutio et suppuratio *cepâ* leniter *assatâ*, *radicae scillae cocta*, *fermento panis* aut aliâ *pastâ*[63]), farinâ *sinapis* sollicitando est. Nisi bubones omnino maturitatem adepti sint, cultro non aperiendi[64]); aliàs enim cruciatus inanes[65]), aut gangraena, aut saltem

62) „Alii . . . . *caepas* magnas aliquantum excavatas theriaca implebant, et sub cineribus calidis assabant, deinde in cataplasmatis formam contundebant, et admiscendo axungiam suillam tumoribus imponebant cum felici successu; quod ipsum etiam nos non semel pro pauperibus felicissime tentavimus, sed theriacam non admiscebamus, nisi post assationem caeparum." (Diemerbroeck l. c. §. 14.) — Chenot (l. c. p. 175.) vigente dolore saevo bubonum cataplasmate emollienti, *cynoglossam*, *solanum*, *hyoscyamum* miscebat. „Subinde, ait, *theriaca andromaca*, emplastri instar illita, omni scopo satisfacit."

63) „Melius omnino negotium cum remedio domestico, in Russia undique usuali, pasta nimirum ex farina tritici vel secalis, cum sufficiente quantitate mellis, in formam emplastri redacta et bubonibus saltem semel de die applicata, successit; maturationem, si quae consequenda, promptissime provocans." (Orraeus l. c. p. 104.). Romani (l. c.) inter alia cataplasma ex fermento panis, vitello ovi et axungia porcina commendat.

64) „Consultius itaque omnino videtur, ut bubonis abscedentia perfecta expectetur maturatio." (Chenot l. c. p. 104.).

65) „Nonnulli medici bubones antequam ad perfectam

tem ulcus difficilis sanationis expectandum[66]. Bubo gangraenosus ut carbunculus pertractatur.

C. anthr. et carbuncul. 7. *Anthraces et carbunculi pestilentiales* curati fuere: *venaesectione*[67]) (in sola peste inflammatoria approbanda aliàs omittenda[68])), *scarificatione et excisione*[69]); radice *symphyti officinalis*[70])

maturationem pervenerunt, cultello per incisionem aperire jubent . . . verum hoc consilium nobis plane displicet, propterea quod talem immaturi tumoris apertionem *magnus sequetur dolor*, et ab hoc febris magna exacerbatio cum virium prostratione." (DIEMERBROECK l. c. §. 18.).

66) LERNET l. c. — Interdum ulceris conditio rebellis ab aliqua labe aegri aliena, puta scrophulosa, arthritica, syphilitica pendere potest.

67) Praeeuntibus GALENO (lib. XIV. meth. med. cap. 10.), PAULO AEGINETA (lib. IV. cap. 25.) et ORIBASIO (de curat. morb. lib. III. cap. 27.), LEONARDUS FUCHSIUS, JOANN. CORNARIUS, ANTONIUS LUSITANUS aliique.

68) „Illud tantum addemus experientiam hac in peste (Neomagensi a. 1635—37) adeo repugnasse huic curationi, ut ex omnibus illis, quibus ratione carbunculi vena secta fuit, nullum evasisse videremus." (DIEMERBROECK op. c. lib. III. cap. 13. §. 1.).

69) HOLLERIUS, PLATER aliique plurimi magni nominis medici, anthraces alte *scarificare*, vel eosdem cum maximis aegrorum doloribus novaculâ usque ad radices *conscindere* jubent. Monet vero DIEMERBROECKIUS (l. c. §. 7.) hujusmodi altas scarificationes et excisiones in peste sua infelicissime successisse. — „Omnes qui de peste scripserunt, suadent, carbunculos scalpello ad vivum usque incidere, quo eschara facilius separetur.

lis[70]) et herbâ *scabiosae arvensis*[71]), *tritico*[72]), *carne bubulâ*[73]), *sapphiro*[74]), *ovi luteo cum sale*[75]), *pice navali*[76]), *fuligine*[77]), *vesicatoriis* et *ferro*

In nostra peste scarificationes carbunculorum in multis factae sunt, quae horum mortem minime retardarunt. *Separatio escharae est naturae opus.*" (Mertens op. c. P. II. cap. 3. p. 140.).

70) Joann. Tagaultius (inst. chirurg. lib. 1. cap. 7.) scribit quod *consolida major* inter duos lapides contrita, divino quodam miraculo, anthraces sanet.

71) Bauderonus (Prax. tract. II. cap. 2.) *scabiosam viridem*, in mortario lapideo tusam et instar cataplasmatis anthracibus impositam, ut efficacissimum auxilium extollit.

72) Jac. Horstius (l. c.) dicit, anthraces *tritico* a sanis masticato, et imposito, egregie mitigari.

73) Nicolaus Mirepsus (sect. 38. cap. 162.) inquit: „*Carnem bubulam* diligenter contusam, carbunculis imponito, solve post tres dies, et cum radice ascendit carbo: est probatum."

74) Circumductionem cum *sapphiro* carbunculi separationem citius promovere testantur Joann. Hartmann, Sennertus, Jac. Horstius etc. a Paracelso seducti.

75) Diemerbroeck l. c.

76) Angelus Sala l. c.

77) Paraeus (op. c. lib. 21. cap. 34.). R. Fuliginis camini uncias quatuor. Salis communis uncias duas, redigantur in pollinem, adjectisque duorum ovorum vitellis, agitentur simul, quoad pultis consistentiam adeptum fuerit medicamentum, quod tepidum imponatur.

ferro candente[78]) atque *butyro antimonii*[79]). In genere quo mitius tractantur eo citius curantur[80]). Saepe primis diebus anthraci et carbunculo folium *brassicae rubrae*, oleo raparum inunctum[81]) aut fotum *saturninum*[82]) imponere sufficit.

78) „. . . nunquam laudabilem effectum inde videre potuimus." (Diemerbroeck l. c. §. 6.).

79) „. . . dum carbunculus jam sedem fixit cum pluma circumferentia ejus illinitur; mirum profecto quam cito emortuae partis a sana circumstante separationem faciat, ita ut postea curatio emplastris facile peragatur." (Diemerbroeck l. c) „Methodus haec antiqua et primo intuitu crudelis, inquit Orraeus (l. c. p. 106. not) multis sane non placet. At pace eorum, experientia certa fretus, asseverare ausim, eam vix dolorificam, et pro ratione circumstantiarum, medelam citissimam exposcentium, necessariam esse." Praemittit vero Orraeus applicationi butyri antimonii, crebras et profundas scarificationes circa partem emortuam.

80) Sunt circiter verba Diemerbroeckii (l. c.), quibuscum consentit Chenot (l. c. p. 185.).

81) Diemerbroeck (l. c.). Audiatur Chenot (l. c. p. 186.): „Ex his omnibus sponte sequitur, primum carbunculi stadium, quod inflammatio est, maximam poscere a medente sollicitudinem. Ab eo enim sequentia pendent. . . Ergo requiruntur emollientia, quorum selectum phlegmonis magnitudo, imprimis dolor et ardor definiunt."

82) „Curatio carbunculorum nascentium et adultorum diversa omnino est. Inflammatio carbunculi, utplurimum humidi, propinato in ipso pestis exordio sudori-

ficit. Quae tumorem coronat vesicula, si placet, forfice discindi potest[83]). Carbunculis gangraenosis fomentationes ex decocto *cinchonae* (addito sale ammoniaco et alumine) imponere solent. Usus autem internus cinchonae parum hìc valere videtur[84]). Caveatur praeterea ne ulcus post secessum escharae purum relictum, aut caro sana irri-

fero, post extinctionem febris, aut perfecte resolvebatur, aut in abscessum levidensem, facili negotio persanandum transiit; nec praeter fomentationes ex aceto fortiori, aliis remediis indigebant. Si vero gravior facta fuerit, et vibices longius excurrentes spargeret, *etiam saturnina*, e. g. aqua vegeto-mineralis Goulardii, emplastrum album coctum etc. in subsidium vocabantur." (Orraeus l. c. p. 106).

83) „Saltem ex ejus apertione artificiali nihil incommodi observavimus; verum nec etiam notabilem noxam, ubi sponte rumpebatur." (Chenot l. c. p. 188.). Et Orraeus (l. c. p. 106.): „Quando jam pustulae propullularunt, forfice rescindebantur, et sanie abstersa, scarificationes superficiales instituebantur, et ulcusculum unguento digestivo, usque ad depurationem plenariam, tandemque epuloticis deligabatur."

84) „. . . Constare nobis non potuit, an in separanda carbunculorum eschara tanti valeat *cortex peruvianus*, ut in gangraena aliis morbis superveniente." (Chenot l. c. p. 143.). Et Orraeus (l. c. p. 22.) de peste asserit in genere quod „cortex peruvianus nihil singulare praestitit." Illum tamen non omnino sprevit Mertens (l. c. P. II. cap. 3. p. 132—35.). Grohmann (l. c. p. 144.) corticis usum ad pestem lentius decurrentem et gangraenâ stipatam restringit.

irritantibus pertractetur. Haec duntaxat a flacciditate partis exposcuntur[85]).

Monitum. 8. Interea retinendum, morbi eventum non a conditione bubonum et anthracum, sed a statu universi corporis pendere. Utinam medicina ad hunc emendandum optata auxilia largiretur[86])!

§. IX.

Prophylaxis.

Introductio. 1. Si medicina in peste ipsâ sanandâ parum hucusque profecerit[1]), illi saltem praecepta, dirissimo morbo occurrendi[2]) debentur. Utinam sine obstaculis forent!

2. Sic

85) „Si tamen viva caro justo laxior, pallidiorque apparet, si liquor, qui inter escharam et carnem vivam adfluit, nimis tenuis, dilutus, et fere aquosus est, proinde separatio segnius procedit, e re est, languentem humorum motum excitare per interna remedia, et per externa vasis flaccidis stimulum et robur addere." (Chenot l. c. p. 191.).

86) „Unde concludere licet, pestis atrocem indolem *omnium medicamentorum* hucusque *cognitorum*, ipsorumque adversus ejus naturam quam maxime accommodatorum, vires longe superare." (Mertens l. c. p. 136.).

1) „Quodsi de peste curandâ loquamur, medicorum scripta plurimum fumi, parumque lucis excitasse prehenditur. Licet enim remedia selectissima praedicent, et extollant, mortuos suscitare valentia, quibus nil omnino desit praeter operis effectum, cuncta tamen irrita, languida atque vana in hac urbis pestilentia fuerunt experta." (Gastaldi l. c. cap. I.).

2) Beckmann (*Beyträge zur Geschichte der Erfindungen.*

2. Sic ante omnia eradicatio pestis inter Turcas desideranda esset. Obstant illi potius praeconceptae hujus populi opiniones, quam ipsius religionis Mohameti dogmata [3]). Quodsi primis pertinaciter adhaererent, expulsio illius gentis citra Europae confinia optanda [4]). Desiderium.

3. Do-

2. *B.* 4. *St.* p. 582.) contendit, modum propagationi contagii pestilentialis obstandi, *non a medicis*, sed a magistratu detectum fuisse. Ast ex infra (No. 3. not. 16.) adducendis elucebit, illum scriptorum *executionem* cum *suggestione* confudisse.

3) Teste Thom. Mac. Gill (*Reisen in der Türkey, Italien und Russland während der Jahre* 1803–1806, *mit einer Schilderung der griechischen Inseln.* V. *Journ. f. die neuesten Land- und Seereisen.* 17. *B.* p. 298.). Turcae pestem minus flocci pendere incipiunt, quam assertionem confirmavit quoque consanguineus meus Dr. Ludovicus Frank, mihi narrans, Ali-Pascha Janinae, cujus fuerat medicus, peste in Thessalia grassante, cautelas ad flagellum avertendum minime neglexisse.

4) Voltaire sic ad Catharinam II. Rossiae Imperatricem scripserat die 20. Novembris 1770: „*On parle toujours de peste en Allemagne, on la craint, on exige partout des billets de santé, et l'on ne songe pas, que si on avoit aidé votre Majesté à chasser cette année les Turcs de l'Europe, on auroit pour jamais chassé la peste avec eux.*" (*Lettre de l'Impératrice de Russie et de Monsieur de Voltaire. Lettre LXIV.* p. 125.). Nec aliter Harless (Praef. ad Schönberg l. c): „*Nur wenn diese türkisch-tatarischen und maurischen Länder und Völker mit der Vertreibung ihrer unrechtmässigen Despoten christliche Regierungen und mit diesen die*

Interea aggeres opponendi.

3. Donec autem Monarcharum sancto coetui, res non ab *una* tantum parte perpendenti, desiderio respectu sanitatis publicae expresso, satisfacere, sicque beneficiis beneficia cumulare [5]) licebit; pesti in Europam nostram perpetuo plus minus irruptionem molienti, *aggeres* interea opponendi sunt. Quos erigendi modum Christianis tandem revelare non est dedignata divina misericordia, diu antea precibus [6]), pompis et peregrinationibus religiosis [7]), aliisque operibus piis [8]) exorata.

4. Pri-

Europäischen Sitten, Europäische Civilisation und Cultur, und Europäische Gesetze und Freyheit unter dem Gesetz erhalten haben werden, nur dann, aber dann auch gewiss lässt sich gänzliche Ausrottung der Pest für Europa erwarten."

5) Pax, quâ nunc Europa fruitur, ad pestis flagellum praepediendum jam multum confert. Cautelae etenim adversus hanc luem opportunae, bellorum et perturbationum tempore vix locum habere queunt. Sic Diemerbroeck neglectum legum adversus pestem aevi sui explicat (op. c. lib. II. cap. 3. §. 1.): „quia magistratus noviomagensis eo tempore gravibus bellorum turbis et hostium vicinia tantopere intricatus, et ut inde se aliquo modo expediret, adeo occupatus erat, ut intestini mali, scilicet pestis, nonnisi minorem curam habere posset." Cfr. et Schönberg op. cit. p. 13.

6) Wadding annal. minor. Vol. VIII. p. 25. — Raynald a. 1348. No. 32. 34. — Torfaei l. c. p. 479.

7) Barnes l. c. — *Glückliche Chronica.* 6. *B. f.* 261. *b. Leipzig* 1611. *fol.*

4. Primum Respublica *Veneta* a. MCCCXLVIII non quidem, ut falso contenditur[9]), *quadragesimam medicam*[10]), sed saltem *consilium sanitatis* adversus pestem stabilivit[11]). Institutum ejusmodi in posterum[12]) potissimum introductis *testimoniis sanitatis* (vulgo *Zagata*[13])), magis magisque excultum fuit. Et in insula *Baleari majore*[14]) et

Historia quadragesimae medicae.

8) e. c. *largitionibus* monasteriis (Becker *Geschichte von Lübeck*. 1. *Th.* p. 269. — Richter l. c. 1. *Th.* p. 205. 243.) et nosocomiis (M. Villani l. c. p. 16.) oblatis; atque *votis*, quorum expletioni aeque ac grati animi erga Deum testimoniis superba monumenta debentur, qualia sunt: Templa *Venetiis*, *del Redentore* (post pestem a. 1575), *di nostra Signora della Salute* (post pestem a. 1630); *Ragusae*, *Mariae sanctissimae* (post pestem a. 1534); *Vindobonae*, *Sti Caroli* (post pestem a. 1713); *pyramides* St. Trinitati dicatae, tam *Viennae* in plataea *Graben* (post pestem a. 1693), quam multis in oppidis stabilitae; *picturae* loca publica e. c. portam Neapolis (post pestem a. 1656) ornantes etc.

9) Mead opp. med. edit. Goett. 1748. vol. II. p. 40. — Muratori l. c. lib. I. cap. 11. p. 65.

10) G. W. Wedel centur. exercitat. medico patholog. Exercitat. de *quadragesima medica*. Jenae 1701. Dec. IV. p. 16.

11) Le Bret *Staatsgeschichte der Republik Venedig*. 2. *Th.* 2. *Abtheil.* p. 752. *Riga* 1775. Cfr. Howard op. c.

12) A. 1478. 1485. 1504 et 1585.

13) *Cronica di Verona*. *T.* 3. p. 93. *Verona* 1744.

14) „*Bey der zweyten grossen Pest-Epidemie, welche in diesem Jahre* (1472) *die Insel Majorka heimsuchte, wurde Doctor Lucian Colomines, schon früher öffentlicher*

et *Mediolani*[15]) haud multo serius leges medico-politicae ad pestem coercendam latae sunt; item *Raghusae* et quidem *juxta consilium cujusdam medici*[16]). In Rossia primae adversus pestem leges

Gesundheitsbeamter zu Palma, als Medico morbero mit einem Ausschuss anderer Beamten beauftragt, eine allgemeine Verordnung zu treffen, welche aus drey oder vier Capiteln bestand. Es wurde diesem Gesundheitsrath ein Pestspital übergeben und alle Ortsobrigkeiten angewiesen, bey ausbrechenden Pestepidemien sich an denselben zu wenden. Es durfte keine Versteigerung statt finden, ehe sie demselben angezeigt worden war, er hatte Criminal-Jurisdiction, und die Vice-Könige hatten den gemessenen Befehl, ihn in allen seinen Verordnungen aufs genaueste zu unterstützen. Fremde Schiffe wurden aufs genaueste examinirt, und wenn sie sich über ihren Gesundheitszustand nicht genau ausweisen konnten, so mussten sie vierzig Tage und wohl noch länger Quarantaine halten." (Villalba in Schnurrer op. c. 2. *Th.* p. 16 seq.).

15) Die 17. Januarii 1374 a *Visconte Bernabò*, utpote qui decrevit, ut apparente in Insubria pestis signo, aeger extemplo citra urbem ad campos deportaretur, ut homines, qui talis aegroti curam habuerint, per *decem* dierum spatium a commercio cum aliis abstineant, ut bona illorum, qui pestem induxerant, fisco addicantur etc. (Muratori script. rerum Ital. Chronicon Regiense. T. XVIII. p. 82.). Porro lege die 10. Januarii a. 1399 promulgatâ, jubentur res peste contaminatae flammis tradi, domus infectae purificari, custodia militaris in usum duci etc. (Muratori op. c. T. XVI. p. 560.).

16) Egregius Frari (l. c. p. 329. nota) ex bibliotheca

leges circa medium seculi decimi septimi promulgatae fuere[17]). Leges hujusmodi aevo subsequo magnum quidem ast non maximum[18]) absolu-

script. Ragusin. locum (No. CLXXV.) in medium affert admodum memorabilem. Exhibet ille biographiam Doctoris JACOBI GONDOALDI Ferrariensis, ab a. 1410 usque ad a. 1436 (quo obiit) praxin Rhagusae exercentis. Ibi sic legitur: „Itaque iterum saeviente lue a IX. Kal. Maji anni 1422 ad III. Idus Junii anni sequentis, JACOBUS cavit, ut sani a morbosis separarentur, eoque fecit, ut multo pauciores, quam alias efferrentur. Cum itaque consilium e sententia processisset, tertio peste urbem invadente, longius adhuc infectos deportandos curavit . . . adhibitis vigilibus ne quis ad eos propius accederet, resque ab ipsis contrectatas tangeret. Hac ratione ab VIII. Kal. Maji usque ad V. Kal. Novembris, quo tempore pestis grassata est, paucissimos vita exturbavit. Eodem anno, Augusto exeunte, in insulam Calamotam (Illyrice *Kolocep* adpellatur) pestis iniit, et, *suadente* JACOBO GONDOALDO nostro, *S. C.* cautum, ut omnes vestes reliquaque supellex morbidorum igni absumeretur, oblato ex aerario pretio, et ita malo itum obviam.“ Praeterea Senatus Ragusinus jam a. 1466 nosocomium (*Lazzaretto*) pro aegrotis peste detentis stabilivit: „*quello che tuttavia il solo esiste ed è il solo in Dalmazia che accoglie le merci sospette provenienti per la via di terra dalla vicina Turchia.*“ (FRARI l. c. p. 337.).

17) A. 1654 imperante *Alexeo Michailowitsch* (RICHTER op. c. 2. *Th.* p. 157.).

18) Desiderandum praecipue restat, ut navibus etsi pestem gerentibus refugium concederetur; utque admissio minus pretiosa et taediosa sit. Evanescent sic

solutionis gradum attigerunt, uti ex operibus hoc sub respectu editis[19]) videre licet. Illas leges nec enumeramus nec ad trutinam vocamus, quoniam omnino ad politiam medicam spectant. Illuc quidem stricte loquendo etiam *regimen pestis* spectaret; quod tamen, quum a reliqua hujus morbi doctrina separari nequeat, non excluditur.

De pestis regimine in genere. 5. *Pestis* ad *regimen* stabiliendum, ipse morbi adventus neutiquam expectandus, sed res jam antea pro infortunii casu praeparandae. Conficiatur itaque *norma*[20]), officia *ordinatoris supremi*,

rationes, quae nautas ad defraudationem legum quadragesimae medicae maxime impellere solent.

19) Howard op. c. — *Mémoire sur le bureau de santé de Marseille. Marseille* 1788. 4. — M. Wold. Schötering's *Gedanken über die Quarantaine-Anstalten überhaupt, und insbesondere über die Hamburgischen. Hamburg* 1789. — *Uiber die Hamburger Quarantaine-Anstalten an den Elbe-Mündungen, von der Hamburger Gesellschaft zur Beförderung der Künste und nützlichen Gewerbe, mit Vorrede von* F. J. Fr. Meyer. *Hamb.* 1800. — Papon op. c. T. II. p. 139. — Ch. A. Fischer *über die Quarantaine-Anstalten zu Marseille; eine Abhandlung. Leipz.* 1805. — D. A. A. Kronegger *Douanen- und Quarantaineverfassung des Oesterreichischen Kaiserstaats in ihrer gegenwärtigen Gestalt.* 1. *B. Wien* 1824. (*Uiber Douanen.*).

20) Jam ab a. 1770 in Monarchia Austriaca norma sanitatis pro pestis tempore auctore magno Swietenio exstat, quae nuper denuo ab egregio Bernt elaborata est. (*Medicinische Jahrbücher des K. K. Oesterreichischen Staats.* 5. *B.* 1. *St.* p. 8.).

mi, *praefectuum militum*, *magistratus*, *politiae*, *cleri*, *medici dirigentis*, *medicorum* et *chirurgorum curantium*, *hominumque illis subjectorum*, in distinctis exponens cancellis, illaque ita exarata, ut limites potestatis uniuscujuscunque accuratissime determinati sint. Quoniam autem normae hujusmodi singulos casus praevidere minime possunt, quivis mentem illarum intelligat oportet; quod aliter fieri nequit, nisi debitâ in scholis medicis non solum, sed et militaribus, jurisprudentiae, theologiae etc. praemissâ instructione. Praeterea medicis quibusdam sese pro itineribus in orientem, scopo pestem ad ipsos aegrotorum lectus examinandi, ultro exhibentibus, via libenter paranda [21]). Quodsi illorum quis redux, aut Turcarum exemplo aut contradicendi cupiditate seductus, cum magniloquentia declaret pestem nec contagiosam esse, nec adeo timendam; is, saltem respectu ad res loimicas, nunquam munere publico instituendus, et, si forte institutus, mox removendus [22]). Ex medicis, in loimologia praecipue versatis, aliqui in provincias, pestis

S 2 peri-

21) „*Je connois* (ait PAPON op. c. T. II. p. 57. not.) *le titre de plus de* 180 *traités sur la peste; et cependant, si elle éclatoit on la connoitrot aussi peu; que si on n'avoit jamais écrit; parcequ'il faut l'avoir vu et traité pour la bien connoitre.*"

22) Dum pestis Ostrovae grassata est, medicus quidam cautelas regiminis vituperans, seseque incongrue gerens, illico remissus est. (PFISTERER l. c. p. 238.).

periculo maxime obnoxias, locandi sunt. Ab illis etenim e longinquo, tempore pestis jam praesentis adductis, parum aut nil boni expectandum: Sero nempe venientes, stricte loquendo, ossa tantum reperiunt, atque collegis in locis infectis, gloriam, tanto jam emtam pretio, turpiter eripiunt. Nec suadendum ut pestis *praesentis* negotia a Collegiis medicis et Archiatris *dissitis* moderentur[23]). Auxilium nimirum extemplo praesto sit oportet. Qua de caussa requiritur etiam, ut *arcae* perpetuo exstent, ex quibus, peste in provinciam irruente, illico sine praevia venia administri, reditus principis curantis, necessaria *nummorum copia* extrahi possit[24]). *Ordinator supre-*

23) Peste a. 1720 Provinciam Franco-Gallicam devastante, „*Mr.* Chirac, *premier médecin du Régent, envoya de Paris en Provence des règles sur la manière de se conduire dans cette circonstance critique; comme si à Paris on pouvoit mieux savoir que sur les lieux ce qu'il convenoit de faire. . . Il vouloit qu'on payat des violons et des tambours pour donner occasion aux jeunes gens de s'égayer et pour éloigner la tristesse et la mélancolie.*" (Papon l. c. T. I. p. 253 seq.).

Districtus ensis cui super impia
Cervice pendet . . . .
Non avium citharaeque cantus
Somnum reducent. Hor. L. 3. Od. 1.

24) Ingrassias edixerat, tempore pestis haec tria potissimum requiri: „*oro, fuoco e furca.*" — De peste *Sirmiensi* scribit Schraud (op. c. 1. *Th.* p. 42.): „*Der K. Kommissär erhielt die seltne Vollmacht, alle Ausga-*

supremus dictatoriâ potestate muniendus. Esto ille praeses *consilii sanitatis extraordinarii*, positi aut in loco ipso peste contaminato, aut si illorum locorum plura forent, quoadusque fieri potest, in medio illorum. Hujusmet consilii de jure socii erunt *dux militum*, qui vicino exercitui praeest, *medicus dirigens*, *magister politiae* et *secretarii*. Addi posset unus alterve[25]) ex civibus idoneis [26]) electus. Consilium sanitatis maxime a peste tutum reddi debet[27a]).

Pestis in viciniis.

6. *Peste* jam *in viciniis grassante*, medicorum est, cautelis ad flagellum avertendum stabili-

ben selbst sogleich anzuweisen, damit die nöthige Schleunigkeit der Dienstleistung nicht durch den gewöhnlichen Geschäftsgang der einzuholenden Anweisung gehemmt werde."

25) „*Les conseils les moins nombreux sont toujours les meilleurs.*" (Papon op. c. T. II. p. 19.).

26) Videlicet poscente Ranchin (l. c. p. 7.) „*des gens éclairés, sévères et rigoureux, parceque en fait de peste la faveur et l'indulgence gâtent tout.*"

27a) „*Comme il est important que les membres du bureau, sur lesquels repose le salut publique, soient hors de danger, on défendra: 1°. L'accès de la maison commune, dans la quelle ils s'assembleront, par une grille de fer; 2°. aucun de leurs commis ou serviteurs n'aura de communication avec les personnes du dehors; 3°. eux-mémes ne sortiront qu'à cheval ou en voiture; 4°. arrivés chez eux, ils feront laver le cheval; 5°. ils ne parleront que de loin aux personnes à qui ils auront à faire.*" (Papon l. c. p. 32.).

bilitis[27b]), solito minus acquiescere, oculorum mentisque aciem duplo intendere, idque non solum respectu morborum acutorum, casuumque mo is improvisae, sed et iam relate ad *inspectionem cadaverum*, hominibus consuetis non amplius relinquendam[28]). Vel minimâ aut in aegrotis aut in cadaveribus obveniente pestis suspicione, qui inde contaminari potuissent (aeque ac suspectae vestes et supellex) severe custodiendi, cumque illis quodcumque commercium, donec res in patulo sit, interdicendum, casusque superiori loco denunciandus[29]). Promulganda praeterea lex *declarationem* rerum positionum ad pestem utcunque spectantium unicuique imponens[30]), eamque transgredientes capitis damnentur[31]).

27b) „*Il seroit important qu'à cinq ou six lieues à la ronde des endroits infectés toutes les villes, bourgs et villages pussent être fermés, quand ce ne seroit qu'avec des fossés; et qu'on n'y pût entrer que par un seul passage, où l'on mettroit une barrière avec une bonne garde, pour visiter les passans, leurs hardes et leurs marchandises, et pour vérifier les billets de santé, dont ils doivent être porteurs.*" (Papon l. c. T. II. p. 73.). In peste, *Racsae* grassante, jussum est: „*Dass alle umliegenden Dörfer einen Absperrungs-Cordon zu ziehen hätten.*" (Roch l. c. p. 14.).

28) Schraud op. c. 2. *Th.* p. 141. §. 7.

29) Schraud l. c. §. 8.

30) „*Le salut de tous dépend de cette déclaration.*" (Papon l. c. p. 16.).

tur[31]). *Delatores*[32]) munerentur[33]), idque generose[34]). Praeparentur *nosocomia*[35]).

7. *Apparente enim peste*, id commodi habent *nosocomia*, quod contaminati omnes a sanis extemplo separari queant; quod aegroti unum in locum delati prope custodiri possint; quod, etiamsi numerosi sint, pauci tamen medici ad illos curandos sufficiant, idque majori quam domi fiat successu[36]). Alterâ vero ex parte nosocomiis loimicis id mali annexum est, quod timorem incutiant, ideoque tempestivae pestis declarationi obstent[37]); Nosocomia pro pestiferis.

31) „Solâ veritate inspectâ, denegatis defensionibus, more belli."

32) „*Il est permis dans ce cas là d'employer la crainte et les promesses pour arracher des secrets qu'il seroit dangereux de laisser ensevelis.*" (Papon l. c. p. 42.).

33) „*Cette mesure fit connoître en Provence en* 1720, *beaucoup d'effets qui y auroient reproduit la peste, si on les avoit tenu cachés.*" (Papon l. c. p. 41.).

34) In peste *Nojae* delatores usque ad mille nummos (ducati Napolitani) accipere solebant. (Schönberg l. c. p. 31.).

35) „*On ne doit pas attendre, pour établir et garnir les infirmeries, que la peste se soit déclarée dans une ville.*" (Papon l. c. p. 78.).

36) „*Mehr als die Hälfte aller Spitalkranken rettete die Geschicklichkeit des menschenfreundlichen Arztes, wiewohl das Verhältniss der Verstorbenen durch die Anzahl der halbtodt Eingebrachten merklich erhöht ward; da hingegen aus den Häusern von Nenardin allein im October* 79 *Menschen gestorben und nur fünf genesen sind.*" (Schraud op. c. 1. *Th.* p. 77.).

stent[37]); quod, dum intercurrens quidam morbus praepostere pro peste declaretur, insons aeger, sine necessitate, vitae discrimini exponatur; quod in casu pestis, morbi vis, nisi per ipsam translationem, saltem per rerum positiones accessorias[38]) augeatur; quodque difficulter aegrorum curatores pro ejusmodi nosocomiis inveniri possint[39]). Quae cum ita sint, juxta rerum positiones, duo inter mala, minus eligendum. Nosocomia loimica absolute requiruntur, ubi pestis aut jam divulgata est[40]), aut in domo, cum aliis habitationibus arctissimum nexum habente, apparet; et ubi morbus in infima plebe, alioquin a nosocomiis in genere minus abhorrente, nidulatur. Defectui custodum pro aegrotis quodammodo occurrere licet, sano cuidam ex illorum fami-

37) Cfr. §. V. 6 (128.). In peste Moscuam a. 1771 affligente „ut infecti eo lubentius nosocomia pestilentialia intrarent, ... unicuique ultro accedenti, quando sanus dimittendus esset, conjugato *decem*, innubo vero *quinque* rublones pollicebantur.“ (Orraeus l. c. p. 38.).

38) §. V. 6 (127.).

39) „... *Da überdiess auch Niemand zur Wartung und Pflege der Kranken vorhanden, noch um irgend einen Preiss aufzufinden gewesen wäre.*“ (Roch l. c. p. 16.).

40) „*Le bailli de Langeron ne trouva pas d'autre moyen, de faire cesser la peste à Marseille, que d'envoyer tous les malades à l'hôpital.*“ (Papon op. c. T. II. p. 85.).

familiis veniam, sese ad nosocomium simul conferendi concedendo. Quodsi pestis in singulâ tantum eâque ab aliis habitationibus sat sejunctâ domo, primûm evolveretur, haec ipsa domus in nosocomium convertenda [41]). Quousque autem fieri potest, nosocomium pestilentiale in loco a reliquis habitationibus dissito, eoque salubri, stabiliendum. Quicunque hujus servitio addicti sunt, nullum omnino cum externis habeant commercium [42]). Curetur simul ne forte quis aegrotorum vigente delirio aufugiat [43]). Esto aditus nosocomii unicuique, absque scheda a Consilio Sani-

41) „*Die Kranken, die man der Kälte nicht aussetzen konnte, und deren Entweichung man weniger zu besorgen hatte, wurden in einem gut zu versperrenden Zimmer eines angesteckten Hauses sammt ihrer Bedienung untergebracht.*" (Schraud l. c. 1. *Th.* p. 154.). Sic factum est tum in peste *Racsae* (Roch l. c. p. 16.), tum in illa *Ostrowae* (Pfisterer l. c. p. 237.).

42) „*In Gemässheit der Sanitätsinstructionen für Pestspitäler wurde vorgeschrieben, dass die Aerzte und anderen Personen im Dienste des Spitals mit Niemand Gemeinschaft haben können.*" (Schönberg l. c. p. 22.).

43) „*In der Nacht vom* 26. *Februar war ein Kranker, Namens Michel Sacco, in einem Anfall von Wahnsinn aus dem Pestspital zu Noja entwischt und hatte versucht, über die verschanzte Linie zu passiren. Zwey Flintenschüsse streckten ihn zu Boden.*" (Schönberg l. c. p. 46.).

Sanitatis emanata, absolute denegatus. Quamobrem nisi nosocomium alto muro jam per se satis munitum sit, mox illud fossâ amplâ eâque profundâ undique circumdari debet. Huic superstruatur pons, cujus altera extremitas custodiâ militari, altera, portâ elateratâ clave inter moderatoris nosocomii manus manente, munita sit oportet. Nisi pro custodia domus in *viciniis* praesto sit, tuguria militaria erigantur. Praeter milites, excubias agentes, alii circuitioni, praesertim noctu crebro repetendae, dicandi. Investigandum praeterea, num forte stramen aliaeqne res e nosocomii internis venti ope foras pervenerint, haeque illico comburendae. Campanis utrique pontis extremitati appensis, externi cum internis per determinata signa communicent. Quovis vesperi nosocomii administer, praeterquam quod de numero aegrotorum, mortuorum et convalescentium rationem reddat, simul res nosocomio necessarias alta voce exposcat; commissarius a magistratu missus, notitias sic acceptas, rerumque petitarum elenchum illico chartis committat. Altero mane res petitae et a magistratu suppeditatae, praesente custodia, usque ad pontis medium perducantur, indeque a nosocomii famulis, vigilante administro superiore, perticarum uncinatarum ope attrahantur. Hac ipsa occasione ordines superiores ad nosocomium perveniant. *Regimen internum* illi, quod pro nosocomiis aegrotorum

torum typho laborantium propondituri sumus[44]), simile est.

8. *Cadavera* nuda, currui operculo instructo commissa, circa diluculum ad coemiterium pestiferorum, concomitante e longinquo custodiâ militari equestri et sacerdote pariter equitante vehuntur. Currus, postquam vespillonibus cadavera tradita sunt, eodem modo custoditus ad nosocomium reducitur. Translatio cadaverum.

9. *Convalescentes*[45]), loto prius, lixivii ope, corpore (non omissis partibus capillatis), novis vestibus induantur, atque non ad contumaciam[46]) sed ad *peculiare diversorium* transferantur. Quorum bubones adhuc aperti sunt, a reliquis jam nullum morbi devicti vestigium offerentibus, si fieri possit, separandi[47]). *Diversorium convalescenti-* Diversorium pro convalescentibus.

44) Part. I. Vol. II. Sect. II. Cap. I. §. VI.

45) „*Der Kranke wird als genesen angesehen, wenn er nach gehobenem Fieber herumgeht, Speisen verlangt und an Kräften zunimmt, wenn auch die Wunden der Beulen und Karfunkeln noch eitern.*" (SCHRAUD op. c. 2. *Th.* p. 159.).

46) In peste *Racsae* Commissarius Imperialis medicum propter convalescentes ad contumaciam remissos, graviter reprehendit, idque omni jure. (ROCH l. c. p. 83.).

47) Ait quidem PAPON (op. c. T. II. p. 87.): „*Personne ne sera admis dans cet hôpital, qu'après que les officiers de santé auront certifié que les plaies sont cicatrisees, et les cicatrices bien consolidées;*" — at, omnium experientia docet, tales cicatrices ad conva-

scentibus dicatum eadem prorsus ratione ac ipsum nosocomium loimicum custodiendum. Mora in illo quadraginta dierum[48]). Si quis interea convalescentium rursus in pestem incidit, in reliquis convalescentibus calculus is dierum a fine illius recidivae numerandus. *Sanatus*[49]) ante exitum, ut prius convalescens, lavetur novasque accipiat vestes.

Contumacia pro hominibus suspectis.

10. Qui cum aegrotis, aut cum cadaveribus pestilentialibus vel minimum habuerunt commercium; item qui cum rebus, contagio pestilenti contaminatis, in contactum venerunt; ut *suspecti* ad *contumaciam* mandandi. Nihil quod contagio vehiculo inservire posset, illuc secum ferant. Contumacia instar nosocomii loimici custodienda. Locus illi dicatus, hôc sexduplo amplior sit oportet[50]). Plures domus simul in contumaciam converti aut tuguria vel lignea vel terrea[51])

lescentiam proclamandam non absolute requiri. Propter recidivae periculum sane crudele foret, convalescentes ab aegrotis non sejungere, eoque magis, quum non agatur de convalescentium inter sanos reditu, sed de eorum in nosocomio peculiari reclusione.

48) „*Für die Contumaz der Genesenen wird eine sechswöchentliche Frist festgesetzt.*" (Schraud l. c. 2. *Th.* p. 160.).

49) „*Gesund wird er angesehen werden, wenn sowohl seine Kräfte hergestellt, als auch seine Wunden vernarbt seyn werden.*" (Schraud l. c.).

50) „. . . *pour un pestiféré, il y a au moins cinq à six suspects.*" (Papon l. c. p. 89.).

rea[51]) efformari possunt. Utut sit, in contumacia sexus non solum sed et variae civium classes a se invicem separentur. Immo, si fieri posset, separatio quoque juxta gradum probabilitatis suscepti contagii instituenda foret. Medicus peculiaris singulos ita reclusos quaque die examinet, idque si minima morbi obveniat suspicio, denudato corpore. Denudato quoque corpore homines in contumaciam suscipiantur, suscepti laventur, novoque induantur amictu. *Duratio* contumaciae (non a momento receptionis sed ab illo lotionis et novi amictus stabilienda) *sex hebdomadum* est[52]).

10. Ve-

51) De contumacia loci *Irregh* ait SCHRAUD (op. c. 1. *Th.* p. 146.): „*Hiezu wählte der K. Kommissär . . . . eine Anhöhe, an welcher im nahen Thale ein Bach vorbeilief, um die Zufuhr des Wassers für die vielfältigen Bedürfnisse einer Contumaz zu erleichtern; er baute in den Reihen dreyer gleichlaufenden Gassen* 102 *Erdhütten, deren jede ihren eigenen, durch Gräben eingeschlossenen Hof hatte, und die alle zusammen mit einem gemeinschaftlichen Graben umgeben wurden. Anbey wurden darneben die Wohnungen für Beamte, ein kleines Spital, eine Besichtigungs- und Räucherungskammer und drey Brunnen für Trinkwasser errichtet.*" Et in peste *Skochayi* tuguria terrea condita fuere. (PFISTERER l. c. p. 278.).

52) SCHRAUD op. c. 1. *Th.* p. 180. Idem observationem memorabilem addit (l. c. p. 199. in nota): „*Allgemein hat man während des Pestgeschäfts in Sirmien bemerkt, dass die Menschen, die man Pestverdachts wegen in Kontumaz setzte, von da viel gesünder, munte-*

Contumacia pro rebus suspectis.

11. Vestes, supellex (domestica non solum sed et ruralis), merces, verbo *res* de contagio suspectae, *contumaciae*, *expurgationi dicatae*, aequo pacto custodiendae, traduntur. Homines hîc periculosissimo expurgationis negotio incumbentes, necessariis cum cautelis [53]), res suspectas primûm per nonnullos dies *aëri libero* *) exponant; dein si *ligneae* fuerint per totidem temporis aquae immittant [54]), vel reiteratis vicibus lixivio lavent; si *metallicae* aceto immittant. Vestes, lecti, lintea, quae aegrotis inservierant, vel alio modo suspecta sunt, praeviâ (propter futuram compensationem ex aerario publico) aestimatione, flammis [55]) tradantur, cineresque sepeliantur. Chartae aut per acetum ducantur, aut foraminulis

rer, lebhafter zurück kamen, als sie nicht nur beim Eintritte, sondern überhaupt vorhero waren."

53) No. 18.

*) Efficacior is esse videtur dum simul gelidus. Sic Mertensio narratum fuit „vespillones aliquot pelles ovillas, quibus aegri usi fuerant, prius *frigidissimo aëri libero* mense Decembre per 48 horas expositas fuisse, induisse, et horum nullum morbo correptum fuisse." (Op. c. p. 91. not.).

54) „*Alle hölzernen Utensilien, als Bettstätten, Tische, Stühle, Kästen, Wägen, Pflüge* etc. *wurden sogleich in das vor der Fronte stehende ausgetretene Wasser gebracht, um dort durch längere Zeit ausgewässert und gereinigt zu werden.*" (Roch l. c. p. 36.).

55) „*Die Habseligkeiten der Angesteckten wurden verbrannt.*" (Schönberg l. c. p. 32.).

lis undique perviae redditae, vapori sulfuris vel acidi muriatici oxygenati exponantur. Imagines pictae rursus vernice obducuntur. Absoluto puri ficationis negotio, homines qui illi incubuerunt, ut reliqui suspecti, contumaciae traduntur. De expurgatione domuum infectarum infra [56]).

12. Consilio sanitatis, praeter moderamen nosocomii, diversorii et contumaciarum, multum adhuc laboris restat. Restat ante omnia, ut civibus imperetur, idque capitis supplicio, ne per totum pestis tempus, sine peculiari venia aut jussu, *domo exeunt* [57]). Lex ejusmodi solos medicos, chirurgos, obstetrices, hominesque a consilio sanitatis delegatos, peculiaribus signis insigniendos, excipiat. Restat praeterea, ut locus peste detentus, nisi forte ad minimos pagos spectet, in *plures sectiones* dividatur. *Quaevis sectio* habeat *commissarium*, consilium sanitatis repraesentantem, suoque in districtu plena potestate instructum; porro *medicum*, *chirurgum*, *obstetri-*

Dispositiones ulteriores.

56) No. 16.

57) De peste Alt-Wukowar monet Schraud (op. c. 1. *Th.* p. 119.): *„Ausserdem dass die Hauscontumaz jenen glücklichen und schnellen Einfluss auf die Unterdrückung der Pest hatte, gewährte sie auch einen andern Vortheil. . . . Wenn die Pest in einer Familie des angesteckten Ortes ausbricht, müssen meistentheils mehrere Familien, wegen gepflogener Vermischung, in die eigentliche Pestcontumaz übersetzt werden . . . . hier, wo jede Vermischung, so weit möglich, schon im Voraus vermieden ward, fiel diese Nothwendigkeit weg."*

tricem, *pharmacopolam*, *notarium*, tres *inspectores*, *nonnullosque nuntios praefecturae;* item *famulos* pro *lecticis*, *vespillones;* tandemque *horreum* suffumigia, calcem, vestes etc. continens. Inspectorum unus *sanitati publicae*, alter *annonae*, et tertius *politiae* invigilet. Illorum quivis habeat numerum necessarium *famulorum*, uno eodemque in loco noctem transigentium [58]).

Sanitatis publicae inspector. 13. *Inspector sanitatis publicae*, schedâ, exactissimam consignationem habitantium continente [59]), instructus, quotidie, quo citius id fieri potest, sociis medico et chirurgo, ad quamvis domum accedat, datoque determinato signo, herum aut ejus vices gerentem evocet, qui ad portam comparens, quaestionibus ab inspectore, circa sanitatis conditionem habitatorum institutis, respondeat. Hi dum sani, ipsi ad fenestras adpareant. Uno alterove habitantium deficiente aut de

58) „*Damit weder diese Diener, noch die Fuhrknechte, wenn sie allenfalls angesteckt würden, bey Gelegenheit der täglichen Rückkehr zu ihren Angehörigen, die Ansteckung dahin bringen können ....; erhielten sie eine gemeinschaftliche Wohnung in einem grossen Meyerhof der Stadt, und wurden von allem Verkehr mit den ihrigen hintangehalten.*" (Schraud op. c. 1. *Th.* p. 117.).

59) „*Jeder Inspector erhielt überdies die Personalbeschreibung des ihm zugetheilten Bezirkes, damit die Erkrankten vor fremden Nachforschern nicht mögen verhehlt werden können.*" (Schraud op. c. 1. *Th.* p. 112.).

de laesa valetudine conquerente, illico medicus adducatur. Hic genus morbi (aut mortis) determinat. Praesente revera peste, *aeger* extemplo ad nosocomium[60]), *cadaver* ad coemeterium, et qui cum illis commercium habuerunt, aeque ac res contaminatae, ad contumacias transferantur. Fenestrae et portae domus, sic vacuae redditae, opere lateritio claudantur*); cruceque rubra signentur. Obveniente dubio respectu indolis morbi, ordinatis omnibus cautelis quae adversus pestem indicarentur[61]), deportatio, donec major affulgeat lux, suspendatur; nisi forte, ut optandum, nosocomium pro *aegrotis suspectis* quoque stabilire licuerit. Cadaveribus de *asphyxia* suspectis in ipso coemeterio locus ab atmosphaerae injuriis custoditus concedi potest**). Homines aliis

60) De peste *Skochay* scribit Pfisterer (l. c. p. 273.): „*mit grauendem Tage wurden alle Kranken mit ihren Betten und getragenen Kleidern, in das zum Spital bestimmte Haus durch ihre Angehörigen gebracht.*"

*) Mead (op. c. p. 28.) et Lobb (op. c. p. 116.) damnarunt clausuram domuum. Ille ajebat: „Pandorae pyxide reclusa, evolabit venenum." Vanus timor, nam talis domus aut flammis tradetur, aut cum cautelis depurabitur. Cfr. No. 18.

61) „In dubiis tutior pars est eligenda."

**) „Lipothymiae frequenter in peste observantur, et *asphyxiae* accidunt, in quibus mortuis similes jacent: *curam ideoque habeant magistratus, ut nemo sepeliatur, nisi constiterit, vere mortuum esse.* Hoc eo majorem eorum attentionem requirit, quod vespillones, tot

aliis quam peste morbis aegrotantes, dum egeni, more solito ad nosocomia consueta, si gressus denegatus sit, peculiari insontibus dicatâ lecticâ transferri, secus domi curari debent. His proprium, a negotiis pestilentialibus alienum medicum dicari, theoria magis, quam praxis suadet [62]).

Continuatio argumenti.

14. *Inspector annonae* (maximum famulorum numerum habens) horis pomeridianis se de domo ad domum convertat, ut familiarum singularum necessitates, respectu alimentorum, potulentorum [63]), lignorum, carbonum etc. pro futuro die aut longiori tempore [64]) cognoscat. Petitiones

calamitatum continuo adspectu, omni humanitatis sensu orbati, cadaverum acervis eodem animo plaustra cumulent, ac laniones mactatis ovibus et vitulis." (Mertens op. c. P. II. cap. 3. p. 143.).

62) „Ut autem satisfaceret, ante omnia opus foret, ut quodam proprio semper praesente, nullius aegritudinis communi, patente, nec mendacio, nec ulla arte reticendo abscondendove indicio pestis sese distingueret.. Quocunque igitur se vertat, qui in loco infecto *aegrotis vulgaribus medicinam facit*, scopulos invenit, in quorum unum aut alterum (pestis praesentiam praepostere aut annuntiandi aut celandi) inevitabili necessitate impingere debet." (Chenot l. c. p. 90—92.).

63) Lac pro recens natis, nutricum defectu mulctatis, hic sibi eminentem locum vindicat.

64) „*Alles, was auf längere Zeit eingeschafft werden konnte, wurde theils monathlich, theils wöchentlich bestellt.*" (Schraud l. c. 1. *Th.* p. 115.).

nes per literas, aut ubi in familiis nemo scribere scit, vivâ voce fiant. Chartae tenaculi ope suscipiantur et arcae metallicae tradantur, ex qua in inspectoris cancellaria eadem cum cautela extrahantur et ante ulteriorem usum sulfuris vapore expurgentur. Nummi metallici in vasa acetum continentia injiciantur, rejectoque post aliquod tempus liquido siccentur. Rustici [65]) et pauperes victum non solum sed et vestes [66]) sumtibus publicis accipiant [67]). Iis, qui duntaxat per interruptionem negotiorum inopiam patiuntur, datione pecuniae ad tempus erga schedas aut pignora (cum consuetis cautelis tractanda) succurratur. Alimenta in corbibus e laminis circumferantur; potulenta in vasis ligneis aut vitreis, absque tamen epistomeis ex subere et sine sche-

 dis

65) In peste Nojae decretum fuit: „*dass man sogleich* 300 *Ducati zur Verfügung des Pfarrers von Noja bereit halten solle, um unter seiner Verantwortlichkeit allen denjenigen Familienhäuptern zu Hülfe zu kommen, die wegen der Ziehung des Cordons nicht mehr auf dem Felde arbeiten könnten, um ihr tägliches Brod zu verdienen.*" (Schönberg l. c. p. 12.).

66) „*Die Nojaner bekamen nicht nur alles Nöthige, was zur Lebensnahrung gehört, sondern auch* K l e i d u n g. *Es wurde für diesen Gegenstand eine Hauptniederlage in* R u t i g l i a n o *errichtet.*" (Schönberg l. c. p. 31.).

67) „4000 *Rationen wurden täglich nach der Stadt gebracht. Die Subsistenz der weniger Vermögenden wurde gänzlich auf* K o s t e n d e r R e g i e r u n g *bestritten.*" (Schönberg l. c.).

dis inscriptis [68]). Quae inter illa invicem ligari debent, catenis non funibus ligentur [69]). Aquae esto abundantia [70]).

Continuatio argumenti.

15. *Inspector politiae* invigilet, ut leges, a consilio sanitatis emanatae, ab incolis aliisque stricte observentur. Invigilet praesertim, ut munditiei platearum studeatur [71]), ut noctu eae illustrentur et a militibus circuitionis gratia permeentur; ut nullum aut hominum aut rerum commercium inter varios habitatores locum habeat; ut mendicantes et vagabundi invicem concludan-

68) „*A Florence en 1630, les marchands de vin le faisoient couler par un long tuyau, dans la bouteille des acheteurs, recevoient l'argent sur une petite pelle, et le jettoient dans le vinaigre.*" (Papon op. cit. T. II. p. 28.).

69) „*L'osier et le chanvre prennent la peste; voilà pourquoi je prescris une chaine au lieu de corde, et un panier en fer blanc.*" (Papon op. c. T. II. p. 45.).

70) In peste loci Alt-Wukowar, fonte destituti, cives opulenti octo suppeditarunt currus „*die den ganzen Tag mit Vertheilung des Wassers beschäftigt waren, wobey die Bezirksdiener Dienste thaten, und jede vorschriftswidere Vermischung verhinderten.*" (Schraud op. c. 1. *Th.* p. 117.).

71) „Quapropter omnium maxime in pestilenti constitutione annitendum est, ut viae publicae ab omni sordium et excrementorum illuvie diligentissime mundentur." (Diemerbroeck op. c. Lib. II. cap. 3. §. 13.). — „*Den Einwohnern trug man auf, allen Dünger aus dem Orte hinaus auf die Felder zu führen.*" (Pfisterer l. c. p. 288.).

dantur[72]), ut ecclesiae, scholae, theatra, balnea*), cauponae et tabernae (exceptis iis, quae venditioni alimentorum aliarumque rerum omnino necessariarum inserviunt) claudantur; ut carnium[73]) et panis, vini et potissimum aquae conditiones optimae sint; ut canes, feles, columbae, gallinae, anates, anseres, lepores domestici interficiantur[74]) et debito modo sepeliantur, ut demum equi supervacanei, item boves, vaccae et porci, anni tempore favente, ad loca pascua sepe munitą, aliàs ad stabula in campis vicinis confecta et custodita mandentur[75]). Quivis sectionum

72) Schraud op. c. 1. *Th.* p. 25.

*) „Moscuae balnea publica claudebantur." (Orraeus l. c. p. 57.)

73) „*A Florence en* 1630 *on defendit aux bouchers d'enfler l'animal qu'ils tuoient, de peur que leur souffle, si par hazard ils avoient la peste, ne la communiquât.*" (Papon l. c. p. 22.)

74) „*Les médecins des siècles passés, qui avoient une grande expérience parceque la peste étoit, pour ainsi dire, permanente, penseht tous de même à cet égard.*" (Papon l. c. p. 23.). — Et in recentissima peste *Nojae* „*wurde verordnet, die Hausthiere zu tödten und in den Stadtgärten zu begraben.*" (Schönberg l. c. p. 127.). — De peste *Skochay* ait Pfisterer (l. c. p. 273.): „*Nach der schon früher geschehenen Vertilgung der Hunde und Katzen wurde auch alles Geflügel sogleich todt geschlagen.*"

75) In peste Alt-Wukowar „*wurden alle überflüssigen Hausthiere, deren Verpflegung in gegenwärtigen Umständen sehr lästig gewesen seyn würde, gesammelt*

num commissarius bis de die de statu et necessitatibus proprii circuli, consilio sanitatis rationem reddat. Item commissarii nosocomii, contumaciae et coemeterii. Ex nuntiationibus sic separatim acceptis, status rerum quotidie in *tabula generali* exponendus. Consilium edictis emanatis non acquiescat, sed propriis oculis, num rite ad exitum perducantur, invigilet[76]).

Coemeteriis. 16. Pro peste demortuis consulto *coemeterium* fossâ[77]) et fruticibus densis munitum, stabiliatur, illiusque moderamen peculiari inspectori, immediate consilio sanitatis subjecto, committatur. Quodsi cadavera pestifera antea coemeteriis ordinariis, aliisve locis*) tradita fuerint, ea

und ausserhalb der Stadt versorgt." (SCHRAUD op. c. 1. *Th.* p. 117.). Item in peste *Skochay* (PFISTERER l. c. p. 274.).

76) „*Nur zu sehr hatte uns die bisherige Erfahrung gelehrt, wie wenig das Pestgeschäft durch schriftliche Verwaltung gefördert werde, und der erste Schritt zur guten Einleitung künftiger Verhandlungen musste darin bestehen, dass der K. Kommissär und der dirigirende Arzt in den Stand gesetzt wurden, überall und wiederholt selbst nachzusehen.*" (SCHRAUD op. c. 1. *Th.* p. 240.).

77) „*Alle Pestfreyhöfe wurden mit 8 Schuh tiefen und breiten Graben umgeben.*" (SCHRAUD l. c. p. 150.).

*) Moscuae „mense Februario 1772 in *variis locis* detecta sunt ultra quadringenta cadavera, quae praeterlapso anno sub ipsis aedibus sepulta fuerunt." (MERTENS l. c. p. 91.).

ea detegenda[78]) et effodienda[79]), atque in coemeterio pesti dicato sepelienda[80]), idque cum cau-

78) „*Der erste Gegenstand des bevorstehenden Geschäftes war die* Ausfindung der Leichen, *die in allen Gegenden des Irregher Gebiethes zerstreut lagen. Man wusste die Anzahl der Verstorbenen überhaupt; so wie die Anzahl derjenigen, die in dem bestimmten Freyhofe begraben lagen; und hieraus konnte die Menge der auszugrabenden Leichen bestimmt werden. . . . Der K. Kommissär versprach jedem die Belohnung eines Gulden, der eine noch nicht bekannte Leiche anzeigen würde. Nur drey Gulden wurden auf diese Art ausgegeben.*" (Schraud l. c. p. 163.).

79) Hoc in opere solutio muriatis calcis oxygenati inservire posset. (*De l'Emploi des chlorure d'oxide de sodium et de chaux. Par* A. G. Labarraque. *Paris* 1825. p. 5.): „*Avant d'approcher d'un cadavre en putréfaction, il faudra se procurer un baquet, dans lequel on mettra une voie d'eau* (24 *litres*), *on versera dans cette eau un flacon* (*un demi Kilogramme*) *de Chlorure de chaux et l'on remuera bien le melange, on deploira ensuite un drap, que l'on trempera dans l'eau du baquet de manière à pouvoir retirer ce drap avec facilité; et surtout à pouvoir l'étendre très promptement sur le cadavre. Bientôt après l'odeur putride cesse.*"

80) „*Zum Ausgraben bedienten sich die Knechte einer eisernen Zange und eines Hakens. Die Zange bestand aus zween weiten eisernen, über die Queere an einander gehefteten Bögen: an dem hintern Stiele des einen war eine lange Stange zur Handhabung derselben befestigt; am andern aber ein Strick angebunden, welcher durch ein in dem erstern befindliches Loch gezogen wurde. Nachdem nun alle Erde ober der Leiche hinweggenom-*

cautelis[81]), etiamsi eae superfluae[82]) videri possent.

men ward, umklammerte man mit der eröffneten Zange den Rumpf derselben, zog die Arme mittelst des bis hinauf langenden Strickes aneinander und hob nun die eingezwängte Leiche heraus. Der eiserne Haken wurde gebraucht, die nicht um den Leib gewundenen Kleidungsstücke, oder abgefaulte Theile der Leiche herauszuziehen. Ein bretterner, stark verpichter und mit einem Deckel versehener Karren nahm die ausgegrabenen Leichen auf: man bedeckte sie mit einer Schicht Erde, führte sie in den neuen Freyhof und warf sie in 1½ Klafter tiefe Gruben nackend hinab: die Kleidungsstücke und alles sonstige Geräthe wurde eben daselbst verbrannt und die Asche eingescharret. Die Gruben, aus denen die Leichen herausgezogen waren, wurden mit Stroh gut ausgebrannt, sodann offen der Einwirkung der Atmosphäre überlassen, späterhin endlich zugeworfen." (Schraud op. c. 1. *Th.* p. 164.).

81) „*Die erste* Vorsicht *bestand darinn, dass man nur solche Menschen zur Arbeit zu verwenden suchte, welche die Pest bereits überstanden hatten, und also einer neuen Ansteckung minder empfänglich waren.*" (Schraud l. c. p. 165.).

82) In peste *Sirmiensi* plurimi, qui neque pestem antea habuerant, neque aegrotos peste affectos curaverant, cadavera pestifera neglectis quibuscunque cautelis, sepeliebant. „*Sie holten die von Fäulniss abgelösten Stücke der Leichname mit blossen Händen aus den Gräbern heraus; sie nahmen die Leichname der Kinder in ihre Arme auf und trugen sie in den Leichenwagen; höchstens hatten sie darnach ihre von Jauche triefenden Hände im Grase abgetrocknet.*" (Schraud l. c. p. 166.).

sent. Quamvis experientia docuerat, cadavera eo lentius destrui; quo profundius sita sunt, quoque magis calce obruuntur[83]); nihilominus sepulturam superficialem[84]), propter periculum effosionis, operâ nisi hominum saltem animalium reprobamus; idque eo magis, quum cadavera pestiferorum absque sarcophagis et nuda sepeliri debeant[85]). Terminata peste coemeterium pestiferorum occludendum et debita inscriptione ornandum[86]).

17. Regimen hucusque indicatum, scopo necdum responderet, nisi simul universus locus infectus pestem fovens, arcte custodiretur. *Duplici* itaque *fossâ*, relictis spatiis intermediis centum circiter pedum, is circumdandus. Fossas construendi laborem non ab incolis suspectis suscipiendum esse, per se patet[87]). Milites hujus gene- Custodia loci infecti.

83) Doctores BUDAY et SEELE apud SCHRAUD op. c. 1. *Th.* p. 167—172.

84) Id est minus quam quatuor pedes profundam.

85) „*Die Leichen werden nackend, ohne Truge, ohne irgend welchem Zusatze . . . begraben.*" (SCHRAUD l. c. p. 172.).

86) Nojae sequens inscriptio exstat:

„*Sepoltura de' Pestiferati.*
Morte
A chi l' aprisce."

87) Oppidum *Kamenitz* jam a peste liberatum, adversus eundem in loco *Irregh* perseverantem morbum, ope excubiarum civilium custodiebatur. Hae vinculis familiarum ductae commercium inter incolas admise-

generis laboribus assueti, illum optime absolvunt. Ubi fossae aditibus locorum infectorum respondent, construantur pontes mobiles[88]), qui vallis[89]) portâque elateratâ muniantur. Vallum exterius esto *locus excubitorum* (militarium, non civilium) *primarius*. Juxta curriculum fossae internae singulae excubiae ita disponantur, ut una alterius fruatur conspectu. Quodvis ens vivum transitum fossae minitans, aliterque non reprimendum globo plumbeo illico trucidetur. Erigantur pali in viis ad custodiam ducentibus, quibus schedulae praemonitioni inservientes adfigantur[90]). Noctu inter excubias (quartâ quavis horae parte vocem mittendo signum dantes) ardeant faces piceae vel alii ignes. Excubia primaria praeter centurionem militum habeat quoque consilii sanitatis commissarium, officio *commercium literarum*, *remque frumentariam* curandi. Ad penuriam enim evitandam alimenta ex tota provincia ad locum peste correptum dirigenda[91]).

runt, sicque pestis alterâ vice *Kamenitz* invasit. (Schraud l. c. p. 152).

88) Germanice: *Zugbrücken.*

89) Gall.: *Tete de pont.*

90) „*Am Brückenkopfe sollten sich* Anschlagszettel *befinden, die mit der schnellsten Todesstrafe Jeden bedrohen, welcher sich erkühnen würde, die Linie des Cordons zu durchbrechen. Dieser Anschlagszettel sollte auf verschiedenen Punkten der Gräben von Distanz zu Distanz wiederholt werden.*" (Schönberg l. c. p. 17.).

da[91]). Cavendum interea ne venditores uno temporis puncto confluant. Mercatus itaque diversis diebus pro venditoribus diversarum regionum instituendus, et quidem coram excubiis primariis. Res ab inspectoribus annonae, praeside commissario penes excubias degente, emtae, a famulis inspectorum annonae auferuntur, ut inter illos juxta uniuscujusque necessitates distribuantur.

Alia ad praecavendum malum.

18. Interea *incolis* loci infecti *animus addendus*[92]). Securitatem quidem ipsi in consiliis hucusque captis invenire deberent; at haec partim multitudini imbelli potius timorem incutiunt. In animum et in sensus hinc agendum. Prima et hîc *Religio* sese exhibet. Necessitas quidem propagationi contagii obstandi occlusionem ecclesiarum, interruptionem officii divini et interdictum pomparum religiosarum jubet; verum neutiquam impedit, quominus pietas incolarum, religionis saltem catholicae et graecae, circumlatione

91) De peste pagi *Irregh* narrat SCHRAUD (op. c. 1. *Th.* p. 177.): „*Nicht nur wurde ein hinlänglicher Vorrath von Lebensmitteln und um die geringsten Preise herbeygeschafft, damit der Ankauf derselben auch den Aermern nicht beschwerlich falle; sondern der K. Kommissär liess insbesondere jedem Kontumazisten eine Portion Brod unentgeldlich darreichen, und jede Hütte hinlänglich mit Holz versehen. Seine persönliche Freygebigkeit hatte manchen anderen Bedürfnissen einzelner Familien gesteuert.*“

92) „Et cunctis vires subtrahit ipse timor.“

tione sanctissimi sacramenti, imaginum beatae Virginis et Sanctorum tutelarium excitetur conforteturque. Nec sacerdotes sacrum opus perficientes, nec excubiae illos comitantes, minimum inde periculum incurrent. Et si incurrerent? ... Nec reticendum venias peccatorum tempore pestis a summis Pontificibus concessas, incolis magno solatio fuisse[93]). Porro quum imaginatio, omne malum sibi gravius quam revera est, pingere soleat, incolis peste circumdatis *de rerum statu*, videlicet de aegrotis ad nosocomia, de convalescentibus ad diversoria delatis, de demortuis, de sanatis, de suspectis in contumacia, de alimentorum pretio, atque de auxiliis a Principis liberalitate expectandis, quotidie typis sincera *ratio reddi deberet.* Tandem *praecepta diaetetica* singulis accommodata promulganda. Inculcetur praesertim, ut consuetudines respectu vitae rationis retineantur[94]), utque ipsse cum moderatione[95]), relate ad cibos et potus[96]), ad venerem,

93) M. Villani l. c. p. 14. — Raynold a. 1349. No. 18. — Barnes l. c. p. 438.

94) „Omnis repentina mutatio periculosa; quapropter a consueta victus ratione subito discedere, praecipue in constitutione pestilenti maxime periculosum foret.“ (Diemerbroeck op. c. Lib. II. cap. 6. §. 5.).

95) „*Voulez-vous vous préserver de la peste? vivez de manière qu'on puisse vous appliquer ces paroles de l'hymne de confesseurs: Sobrius, castus* et *quietus.*“ (Papon op. c. T. II. p. 53.).

rem, ad motum[97]) et animi pathemata concilientur. Moneatur, haec quidem consilia immunitatem a morbo, quoties contactus rerum contagio contaminatarum locum obtinet, non impertiri; sed in casu infortunii, decursum mitiorem aegritudinis promittere. Quum vestes ex lanâ contagii sint potissimi conductores, aliae eligantur oportet[98]). Munditiei studendum esse suadetur[99]). Respectu ad vestes id concedimus, quoad corporis ipsius superficiem dubitamus. Si enim effectibus laudatis inunctionis *olei*[100]) fides habenda sit, sequeretur saltem inde, lotiones, quibus sebum naturale cutis continuo abstergitur, nocivas fore. *Antidota* sic dicta *pestis*, quae anti-

96) Mercurialis (l. c. cap. 22.): „et Patavii, inquit, et Venetiis vidimus bibaces plurimos exstinctos esse, qui existimabant, vinis generosis se propulsaturos esse pestem."

97) „Non sine ratione vulgus medicorum improbat quinque nomina ab *F* incipientia: *femina*, fames, fructus, flatus et fatigatio." (Bauderonus prax. tract. I. cap. 15.).

98) „*Ne porter ni laine, ni coton, ni fourrure, ni velours: Porter au contraire des habits de camelot et de soie unie, tel que satin et tafetas; ou bien, ce qui vaut encore mieux, un surtout et des gants de toile cirée; on s'est souvent servi en Italie de surtouts de maroquin.*" (Papon op. c. T. II. p. 46.).

99) „*Il faut être très propre, se laver souvent tout le corps et changer du linge.*" (Papon l. c.).

100) Vide mox infra.

antiquitas jactavit[101]), utpote effectu destituta, non commendanda. Nec ad pestem praepediendam (exceptâ quodammodo corporis, ope *olei unctione*[102])) commendari merentur *ulcera artificia-*

101) Spectant huc: *Hiera Rufi; pilulae de tribus; teucrium scordium;* vinum cum *absynthio* vel *betonica, angelica*, maxime *theriaca* (Gentil. a Foligno, Massaria ll. cc.); *olfactoria* (in peste Florentina a. 1630.); *combustio cornuum* (Lev. Lemmius de occult. natur. mirac. Lib. II. c. 10. p. 167.) vel *straminis vino imbuti* (Paré c. 11.), *rerum suaveolentium* (Massaria lib. II.), *juniperi* (Greg. Horst. Sennertus lib. IV. de febri cap. 5.), *succini* (Cardanus op. c. Lib. II. subtil.), *amuleta* (van Helmont l. c.) etc.

102) Jam in peste Florentina a. 1630 *oleum*, universo corpori illiniendum, ut prophylacticum simulac ut remedium adhibebatur (Rondinelli l. c.); maxime autem duplici illi scopo commendatum fuit a *Consule Angliae*, Alexandriae in Aegypto stabilito (*Osservazioni circa un nuovo specifico contro la peste, ritrovato e fatto sperimentare da* Giorgio Baldwin. *Firenze* 1800.). Suffragia illud praecipue obtinuit egregii P. Luigi di Pavia, directoris nosocomii pestiferorum *Smyrnae* exstantis, aeque ac Panvinii (op. c.). Medici quidem exercitus Galliae in Aegypto non plane in hac olei laude conveniunt (*Recueil des mémoires de l'institut d'Egypte* p. 322. — Desgenettes l. c.); nihilominus multum abest, ut a recentioribus de peste scriptoribus rejiciatur, uti videre est apud Schönberg l. c. p. 109. („*es zeigte sich, dass das Oel ein ausschliessliches Präservativmittel gegen die Seuche war*"), Roch l. c. p. 16. (saltem tepide quotidie adhibuit). — „*Quant aux pestiferés guéris par l'huile d'olive, leur*

ficialia et praesertim *cauteria* [103]), *mercurius subli-*

nombre ne dépassant pas celui des individus qui guérissaient hors de l'hôpital, abandonnés aux seuls forces de la nature, il s'en suit que ces guérisons ne prouvoient rien en faveur de ce remède." Sic cl. Pezzoni litteris certiorem me reddidit.

103) *Cauteria* seu potius *fonticuli* per illa excitati, ad praeservationem pestis commendantur a Massaria (l. c. lib. II.), Fabr. Hildano (Cent. 4. obs. 23.), Georg. Gaurnero (l. c. c. 9.), Quercetano (l. c. lib. II. cap. 2.), Mercuriali (l. c. cap. 23) aliisque. Verum Diemerbroeckius ait (op. c. lib. II. cap. 7. §. 2.) cum laudatis viris: „tantum cauteriorum seu fonticulorum encomium adeo audacter exclamare non auderemus." Nec recentiorum observationes fonticulis favent. Cl. Yagelsky, ait Mertens (l. c. p. 181.), „qui res praecipui nosocomii pestis dirigebat, mihi narravit, inter chirurgos, qui ibi aegrorum curam habebant, quatuor fonticulum gestasse, et nihilominus mortuos fuisse." Fatetur Grohmann (l. c. p. 183.): „*Ich sahe in keinem Falle, dass Fontenelle, weder alte noch neue, geschützt hätten.*" Quodsi homines *ulceribus chronicis* detenti interdum a peste immunes observati fuerint. (Diemerbroeck l. c. — Forestus Lib. VI. obs. 15.), id potius repeterem inde quod valetudinarii domi manere, ideoque contagium evitare solent. Et de psora dictum est illa pestem praepediri (Alex. Benedictus l. c. cap. 9.), quod si verum esset, pestis nunquam inter plebem Vallachiae grassata esset. Et observatio Larreyi, utpote qui fatetur (l. c. p. 120.) aegros, quorum ulcera fortiter suppurabant, in Syria a peste immunes fuisse, opposita est illi Orraei (l. c. p. 159.): „Vulneribus et ulceribus, quam-

sublimatus corrosivus[104]), *aqua antipestilentialis*[105]), et *insitio* aut morbi *ipsius*[106]) aut *vaccinae*[107]); quin ideo spei, aliquod pestis antidotum in posterum detegi posse, omnino renunciemus[108]). Experimenta autem huc spectantia, severo

vis majoribus et largiter suppurantibus laborantes, *a peste neutiquam immunes erant*, sed promiscue inficiebantur."

104) Suasit Dr. Küttel ad salivationem usque in peste Sirmiensi (Schraud op. c. 2. *Th.* p. 44.). — In peste Tuneti mercurius sublimatus sacculo inclusus amuleti instar portabatur (Passeri l. c. p. 75.).

105) Panvini l. c. commendat, ut tempore pestis quivis semel, bis, terve de die aquae fontis q. s. ad diluendas aut guttas XV acidi sulfurici, aut guttas XX. acidi nitrici, aut guttas XX—XXX. acidi muriatici oxygenati sumat. Vereor egregium virum hypotheseos gratia ad hoc consilium ductum esse.

106) Mac-Gregor exempla refert nec non J. P. Frank (*Suppl. z. m. Polizei.* 3. *B.* p. 527.).

107) Quum compertum fuerit, homines, qui paulo ante variolas perpessi erant, a peste liberos mansisse, Dr. Valli ut pestis prophylacticum *vaccinam* proposuit; at incassum.

108) Sicuti enim in vaccina antidotum contra variolas detectum est, cur antidotum contra pestem inveniri non posset? Notum est (ex capite de *carbunculo*) inter incolas Hungariae dari carbunculum endemicum vulgo *Pokolvar. Luis bovillae* is videtur effectus. Haberetne ille nexum cum peste humana? (Pfisterer l. c. p. 25.). Luminosa idea! Constitueretne antidotum pestis? (Bernt in nota ad Pfisterer). Luminosissima idea! Si enim variola vaccarum variolam

severo examini subjicienda[109]). Interea *praecau-
tioni-*

humanam avertere valeat, saltem operis pretii foret experimentis indagare, num carbunculus bovillus in hominem translatus, istum a peste non tueretur. Iter in Hungariam, dein in Turcarum imperium institutum experimentis hujus generis amplam praeberet opportunitatem.

109) Quam caute in experimentis antidota pestis respicientibus dijudicandis incedendum sit, sequens casus docet. Medicus Germanus *Rosenfeld* contenderat, se specificum contra pestem habere. Experimenta itaque in Lazaretto Constantinopolitano ad id comprobandum decreta fuere. Ipse *Rosenfeld* virtuti specifici sui innixus, hic 38 dies incolumis et triumphans inter pestiferos vixit; ast correptus tunc a peste spatio 54 dierum obiit. Bina adhuc immunitatis nychthemera ad virtutem specifici immerito proclamandam suffecissent! Legatur de hoc argumento: *Notice sur Mr. Rosenfeld, sur ses tentatives d'inoculation de la peste dans l'hôpital grec des pestiférés à Constantinople, vers la fin de l'an* 1816, *par le Dr.* Pezzoni *médecin de l'ambassade Russe auprès la Porte Ottomane.* (*Supplément au Conservateur impartial No.* 22—26.). De ipsa natura specifici Pezzoni scribit: „*Il paroit que le pretendu specifique de Rosenfeld contre la peste consistoit dans la chair des bubons desséchée et dans les os des pestiférés qu'il faisoit avaler en forme de poudre ou de boissons à ceux, qu'il vouloit garantir de la contagion.*" Nec miratur cl. vir, *Rosenfeldium* diu incolumem inter pestiferos vivere potuisse, monens: „*On rencontre tous les jours dans le Levant quantité d'individus, qui n'ont jamais eu la peste, quoiqu'ils aient été continuellement exposés . . . . et cepen-*

tionibus, nisi utilibus, saltem innocuis indulgendum. Cur *incensio lignorum* in plateis ab Hippocrate in simili casu in usum ducta [110]), a nobis negligeretur, non intelligimus. Haec quidem incensio per se non valet [111]), et vigente alioquin aestivo calore nocet [112]); sed alias explosio-

dant nombre de ces mémes personnes en apparence invulnérables pendant tant d'annees, sont frappées et meurent le moment, où elles s'y attendoient le moins." De *Rosenfeldi* specifico legitur quoque in: *Oesterreich. Beobachter vom Jahre* 1817. *No.* 31. 67.

110) Galenus Theriac. ad Pison. c. 16. Cfr. Sprengel's *Versuch einer pragmatischen Geschichte der Heilkunde.* 1. *B.* p. 371. Plinius (lib. 36. cap. 26.) dicit: „Est et ipsis ignibus medica vis, cujus suffitum pesti auxilium ferre certum est." Etiam Augenius Lib. III. de peste cap. 3. ignes maxime commendat. Sic quoque Joann. Evichius (Lib. I. de offic. Magistrat. cap. 8.) scribit: „Ego si interrogarer, quid ad praeservandam civitatem aliquam a pestis contagione, omnium rerum sit primum, quid item secundum, et quid tertium, huic uno respondebo verbo, *ignem.*" Sic et Lobb (l. c. p. 10—20. 43.).

111) Peste Neapolin (a. 1656) ingressâ, medici „*o per timore, o per ignoranza . . . non ardirono di dichiarare il morbo per pestilenziale; ma solamente consigliando, che s'accendessero fuochi per tutte le contrade della città . . . uscirono da ogni briga. Ma altro che frasche vi volevano, per fare argine ad un così impetuoso torrente.*" (Giannone l. c.).

112) „Ignes calidis tempestatibus adeo luculenti non sunt exstruendi, ut frigidis temporibus . . . quem damnosum errorem in hac peste inter vulgum non raro vi-

plosionis tormentorum instar aërem renovat*), plateas, ut postulavimus[113]) illustrat, visum delectat et, quod maxime significat, seculorum experientiâ splendet. Experientia etiam a remotissimis temporibus *suffumigia ex aceto* commendat. Nec secus *vapores* ex *sulfure accenso* evoluti[114]) annorum quoque suffragia colligunt. No-

 stro

dimus." (DIEMERBROECK op. c. Lib. II. cap. 5. §. 6.). Respectu ignium *Massiliae* a. 1720 mense Augusto, ait PAPON (op. c. T. I. p. 234.): „*L'air pendant trois jours se couvrit d'une fumée noire et brûlante, qui ayant augmenté la chaleur naturelle de la saison et du climat, sembla donner plus d'activité à la contagion.*"

*) Legitur (*Vaterländsche Historie.* Lib. 33. T. IX. p. 30.) pestem, quae in urbe obsessa grassabatur, illico cessasse, dum mala fortuna, turri pulveraria incensa, ingens pulveris pyrii copia simul et semel disploderetur.

113) No. 15.

114) Jam HOMERUS de sulphuris vapore ad purificandum aërem cadaverum exhalationibus inquinatum locutus est in *Odyssea.* XXIII. Peste a. 1713 grassante suffumigia ex sulphure et nitro familiaria erant. (Supplementum Codicis Austriaci. p. 711. Lips. 1748.). Subfumigia triplicis generis quorum constans basis erat *Sulfur* a PADRE MAURIZIO DA TOLONE (op. c.) magno cum successu in peste Genuensi a. 1656 adhibebantur. In pestibus a. 1720—21 Galliam meridionalem affligentibus *suffumigia* sulphur, pulverem pyrium, resinas, arsenicum, cinnabarem, antimonium, baccas juniperi, continentia adhibebantur (PAPON op. c. T. II. p. 96.). — GAUBIUS (de methodo concinnandi formulas medicamentorum. p. 315. Basil. 1782.)

stro tandem aevo *subfumigia acidi muriatici* a GUYTON MORVEAU[115]), illa *acidi nitrici* a C. M. SMITH[116]), illa.

jam a. 1738 vaporem acidum, ex aceto, sale communi, nitro et vitriolo emergentem nomine *vaporationum antiloimicarum* commendavit. In peste quae *Moscuae* a. 1771 grassata est, subfumigia ex pulveribus sulphur continentibus miracula praestiterunt; referentibus SAMOILOWITZ, MINDERER et inprimis ORRAEO (l. c. p. 42 et 134.). Tres formulae in usu erant. I. *Pulvis fumalis antipestilentialis fortis:* R. Fol. juniperi, rasur. ligni guajaci, baccar. juniperi: furfurum tritici ãã libras sex. Nitri crudi libras octo. Sulphuris libras sex. Myrrhae libras duas. M. f. pulvis fumalis. II. *Pulvis fumalis antipestilentialis mitior:* R. Herbae Abrotani libras sex. Fol. juniperi libras quatuor. Baccar. juniperi libras tres. Nitri crudi libras quatuor. Sulphuris citr. libras duas semis. Myrrhae libram unam semis. M. f. pulvis fumalis. III. *Pulvis fumalis antipestilentialis odoratus:* R. Calami aromatici libras tres. Olibani libras duas. Succini libram unam. Styracis, florum rosarum ãã libram semis. Myrrhae libram unam. Nitri crudi libram unam, uncias octo. Sulphur citr. uncias quatuor. M. f. pulvis fumalis. — *Prima* formula ad fumigandas aedes ipsas, et res quascunque valde infectas; *secunda*, ad domos et materias tantum suspectas et delicatiores, quae a fumo crassiori et valde sulphurea vitiari possent; *tertia* vero, pro suffimigio in domibus habitatis, scopo praeservativo adhibebantur.

115) *Traité des moyens de désinfecter l'air. Paris* 1802.

116) *The effect of the nitrous vapour, in preventing and destroying contagion* etc. *London* 1799. Cfr. *Bibliothèque Britannique. No.* 152. p. 363.

illaque *chlorinae*[117]) a multis[118]) aliis commendata fuere. Et cur negligerentur? Forte quia infectionem *per contactum* impedire non valent? Sed huic scopo subfumigia istiusmodi non sunt dicata. Nil enim aliud ab iis expectandum, quam destructio contagii in atmosphaera locorum occlusorum. Contagii pestilentialis hic praesentiam problema sistere; respondes? concedatur! Tunc superfluae cautelae non nocebant; an in casu contrario idem de omissione auxilii tam efficacis valebit?

19. Periculo pestem contactu acquirendi praesertim obnoxii redduntur *sacerdotes**), *medici* et *chirurgi*, nec non *aegrotorum custodes.* Antequam igitur ad opus, aegrotos peste detentos curandi, accedant, apud se perpendant, an illi satis- Continuatio argumenti.

117) R. Muriatis sodae uncias tres: oxydi mangani drachmas quinque: acidi sulphurici drachmas septem: aquae unciam unam. M. in vase vitreo, vel terreo, idque ope virgae vitreae. Cfr. Wetzler *über den Nutzen und Gebrauch des nach der Vorschrift des Hrn. Apothekers* von Stahl *entwickelten oxydirt-salzsauern Gas zur Reinigung der Luft. Augsb.* 1825. et Boullay *Pharmacien de Paris, Appareil inventé pour administrer la fumigation Guytonnienne.*

118) Cruikshank, Rollo etc.

*) „Cum tempore tumultus (Moscuae) caeremoniae ecclesiasticae, cum quibus mortuos sepelire solent, a plebe restitutae fuissent, *fere omnes sacerdotes et ecclesiarum ministri peste perierunt.*" (Mertens l. c. p. 87.).

satisfacere possint. Considerent perpetuum, in quo versari debent, vitae periculum. Quodsi tunc vivere et mori reputent lucrum; atque a sublimi ideâ sese Deo, charitati in proximum, propriaeque vocationi devovendi, voluptate afficiantur, agant! *Sacerdotes* confessionem ex longinquo audiant, sacram coenam[119]) et extremam unctionem ope virgae metallicae porrigant, et genua flectere evitent[120]). *Medici* antequam pulsum explorent*), manus aceto lavent[121]), oleo seu

119) Ranchin (l. c. p. 124) suadet: „*Pour donner la communion sera bon, d'avoir une vergette (petite verge) de la longueur d'un pan et demi (treize à quatorze pouces) ou environ, et au bout d'icelle un petit croissant d'argent, pour porter le saint sacrement dans la bouche du malade, lequel avant lui donner, le prêtre serrera fort étroitement la manche de son habit et surplis, à fin qu'il ne touche rien du malade, tenant le flambeau entre eux deux.*"

120) „*Qu'on se tienne toujours débout, sans s'asseoir ou mettre à genoux, et il faut prendre garde que l'habit ne touche du bord à terre.*" (Ranchin l. c.).

*) Istiusmodi exploratio a medicis magni nominis neglecta fuit. Sic ait Mertens (l. c. p. 107.): „De pulsu in hoc morbo propria experientia nihil referre possum. Cum haec pestis tanta contagii vi praedita esset, ut solo aegrorum attactu inficeret, *pulsum non explorabamus.*"

121) „*Arzt Buday, begierig, den Puls der Pestkranken zu untersuchen, fieng an, seine Hand voraus und selbst während der Untersuchung wiederholt mit Essig zu waschen, und selbst nach geendigter Erforschung noch-*

seu butyro inungant[122]), subtili chirotheca, explorationem non impediente, et baculo utantur[123]). Fuere, qui et nares oleo inunxerunt[124]). Halitum aegrotorum evitent. Plurimi caryophyllos aliaque aromata masticare, salivamque crebro rejicere solent. Alii *fumum nicotianae* hauriunt[125]). Nec vestem ex tela cerata, calceosque ligneos induere[126]) nocebit. Larvas vero vitris coram

mals genau abzuwaschen." (SCHRAUD op. c. 2. *Th.* p. 37.).

122) „*Arzt Haas bedient sich zu gleicher Absicht der sorgfältigen Beschmierung der erwärmten Hände mit Butter, mit gleichem Erfolg der abgehaltenen Ansteckung.*" (SCHRAUD l. c.). De peste *Nojae* legitur: „*Die Aerzte fuhlten den Puls mit Oelbeschmierten Händen.*" (SCHÖNBERG l. c. p. 109). — Prius *folium nicotianae* inter digitum explorantem et carpum aegroti ponere solebant.

123) „*Sie (die Aerzte) hielten überdiess . . . einen Stab in der Hand, 7 neapolitanische Palmen (Spannen) lang, mit eisernen Spitzen und Haken, um damit die Kranken oder Leichname aufzudecken.*" (SCHÖNBERG l. c. p. 23 et 109.).

124) In peste Florentina a. 1630 (RONDINELLI l. c.).

125) *Tabacum fumo* haustum insigni DIEMERBROECKIO se commendavit praeservandi virtute. Accedunt testimonia BENZAE (op. c. p. 82.) et ORRAEI (l. c p. 139.). Scimus vero Turcas continuo fumo nicotianae uti, et nihilominus maxime pesti obnoxios esse.

126) „*Le meilleur préservatif seroit*, *de n'entrer dans la chambre du malade*, *qu'en sabots*, *en pantalon et en gilet de toile cirée et d'avoir des gants de même. Les*

coram oculis munitas gerere indignum[127]). Absolutâ aegrorum visitatione (a nemine ventriculo jejuno suscipiendâ) *aceto* manus lavandae osque fovendum, atque vestes mutandae. *Chirurgi* et *custodes* aegrotorùm quoad amictum medicorum exemplum sequantur. Muniantur tenaculis aliisque adminiculis ad immediatum aegrorum contactum evitandum idoneis[128]). Postremo *lotricum saluti* providendum.

Custodia universae provinciae.

20. Quamvis nosocomia, diversoria, contumaciae, unacum praeceptis supra traditis, propagationi pestis omnino obstare valeant; verumtamen, perfectae securitatis caussa *universa*, in qua morbus prorupit, *provincia* a reliquis separanda est. Immò si provinciae confinia a pestis sede valde remota forent, inter illa et istam rursus

gardes, qui servent les pestiférés au lazaret de Marseille n'en font pas autrement." (PAPON op. c. T. II. p. 52.).

127) „*In questa mala influenza* (1630) *la città di Lucca fu la prima, che, imitando l'uso de' medici Francesi, ordinasse, che i medici si vestissero di lungo drapo incerato, ed incappuciativi con cristalli agli occhi, succorsero così agl' infetti.*" (FRARI l. c. p. 407.).

128) „*Die Krankenwärter sollten stets mit einer langen und platten Zange versehen seyn, um damit dem Kranken das Nöthige zu reichen, und Lappen, Fäden, Papierchen u. dgl. vom Boden aufzuheben, welches alles augenblicklich verbrannt werden musste.*" (SCHÖNBERG l. c. p. 23.).

rursus excubiarum ordo institui posset[129]). Praeterea annexis provinciis, ut saepe monuimus[130]), invigilandum[131]). Si incolae loci affecti fugâ sibi consuluerint[132]), sique merces contagio contaminatae aliorsum transmissae fuerint; regiones sic suspectae redditae, omnem attentionem exposcunt[133]). In genere viae ad regiones contaminatas

129) Peste *Nojae* grassante „*sollte sogleich ein* *zweyter Kordon gezogen werden in einer Entfernung von ungefähr* 10 (*italienischen*) *Meilen im Umkreis um den ersten.*" (Schönberg l. c. p. 18.).

130) No. 17.

131) Dum pestis Nojam detinuit, non solum provincia *Bari* occlusa fuit, sed ad provincias *Otranto*, *Capitanata* et *Basilicata* simul inspectores plena potestate muniti missi fuerunt. (Schönberg l. c. p. 16.).

132) Prorumpente antiquitus peste incolae mox salutem in fuga ad loca deserta, ad naves quaerere solebant. (Barnes l. c. p. 433. — Vitoduran chronic. l. c. — M. Villani l. c. p. 13.). Immo ipsa a medicis imperabatur (Guy de Chauliac l. c.). Interea conscientia plurimis suggerebat, fugam e loco peste correpto, peccatum constituere. Hunc scrupulum diluere conatus est Patriarcha Nicon in epistola pastorali die 6. Augusti a. 1656 ad incolas Moscuae (Richter op. c. 2. *Th.* p. 162.); num jure? Theologi dijudicent! „*Suivant le prophète* (*Mohamed*) *le sort de tous ceux, qui meurent de la peste est de monter au ciel comme des martyrs: car malgré le desir de se conserver soi-même; il est défendu au fidèle, d'abandonner une ville frappée de ce fléau.*" (Malte-Brun *Annales des voyages* etc. *T. XVII.* p. 14.).

133) „*Die* 17 *Nojaner Familien, die von Noja ent-*

tas vel suspectas ducentes, fossis, vallis, aliisque obstaculis, nec non custodia militari occludantur. Praeterea equitatus continuo campos intermedios percurrat, obviam venientes captet, curiaeque militari ad dijudicandum tradat. Via magna et flumina[134]) severe custodiantur, ne quis absque *syngrapho* (haud facile concedendo) intrare, vel absque *testimonio sanitatis*[135]) exire possit. Tale autem testimonium non sufficit, ut hominem ex loco neutiquam a peste contaminato proficisci teste-

flohen waren, wurden alle in verschiedenen Orten angehalten und mit allen ihren susceptiblen Habseligkeiten in strenge Contumaz gesetzt. Es wurden überdiess genaue Nachsuchungen angestellt, um die aus Noja weggeschafften Waaren zu entdecken." (Schönberg l. c. p. 29.).

134) De peste *Racsae* grassante scribitur (Roch l. c. p. 15.): „*Auf die nämliche Weise wurden auch die auf der Save ab- und aufwärts passirenden Schiffe zur Verhinderung alles Verkehrs der Schiffmannschaft mit dem festen Lande, von dem Cordonsposten Bilaczorkva abwarts bis Thechaja, und aufwärts von hier bis Bilaczonkonkva begleitet.*" Praeterea *piscatus nocturnus* prohibendus. (Schraud l. c. p. 57.).

135) „*Les billets de santé doivent contenir en détail la qualité et la quantité des meubles, hardes, ou marchandises, dont ceux, qui représentent ces billets sont porteurs; et si on les trouve chargés de quelque chose qui n'y soit pas specificié, il faut le faire brûler sans aucune grâce, et faire mettre en prison le porteur du billet, sauf à lui imposer une plus grande peine, selon les degrés et la conséquence de la faute.*" (Papon op. c. T. II. p. 74.).

testetur, sed requiritur, ut testetur quoque de immunitate singulorum locorum, per quae viator transiit. Nemo etiamsi altissimo loco natus hac in re excipiatur[136]). Juvabit praeterea ordinem cursus publici a provinciis suspectis deflectere[137]), in illis nundinas suspendere[138]), mutuumque inter urbes, oppida et pagos commercium, quantum fieri potest, impedire.

21. Tot tantarumque *curarum terminus* tunc solum attingitur, dum tres hebdomades, quin novus inter incolas adparuerit pestis casus, elapsae sunt; dum, quot quot erant aegroti, aut mortuis aut convalescentibus adscripti; dum convalescentes nullas recidivas experiuntur[139]); dum homi- Terminus curarum.

136) Sic *Regina Neapolitana Carolina*, quum anno 1813 ex Turcarum imperio ad Rossiam pervenerat, sese instar reliquorum, legibus quadragesimae medicae submittere debuit.

137) Sic decretum in peste *Nojae* (Schönberg l. c. p. 12. 21.).

138) „*On interdira les foires dans les pays suspects, et cette interdiction durera tant qu'il restera quelque soupçon de peste.*" (Papon l. c. T. II. p. 77.).

139) Crudele foret ob solam ulcerum nonnullorum a bubonibus relictorum lentiorem sanationem, praeclusionem caeterum superfluam totius loci procrastinare. Altera ex parte timendum, ne in dimittendis ejusmodi aegrotis audaciae opprobrium incurratur. Hac sub rerum positione remittantur convalescentes ad perfectam sanationem reliquiarum pestis, ad locum securum, ab habitationibus aliis remotissimum. Sic factum est in

homines in contumacia inclusi optima fruuntur sanitate, et imprimis dum *opus expurgationis loci infecti*[140]) *feliciter absolutum est.* Opus istud omnium gravissimum orditur a domibus, in quibus pestis grassabatur. Si hae domus fuerint ligneae paucique pretii (necessariis cum cautelis)[141]), simul cum fundamentis, flammis tradendae[142]), concessâ possessori ex arca publica compensatione. Aliàs muri abradendi iterumque calce obducendi; pavimentum pariter abradendum et reiteratis vicibus aqua fervida, addito aceto lavandum; quo oxycrato et januae et trabes undique repetite perfricandae. Quaevis latebra, a granario usque ad cellam, ex asse ab inspecto-

peste Sirmiensi: „*Der K. Kommissär beschloss, dieselben* (*Convalescenten*) *einstweilen in eine Verwahrung zu bringen, dass auch für den Fall, wenn sie für wirklich ansteckend erklärt würden, man dennoch nicht gehindert werde, zur völligen Eröffnung von* ***Sirmien*** *zu schreiten.*" (Schraud l. c. p. 196.).

140) Ital. *Disinfettamento.* Germ. *Entpestung.*

141) Dies eligendus sine vento, una tantum domus quavis vice flammis tradenda, materiae ignis a vicinia removendae, syphones incendiarii praeparandi et incolae ante omnia de incipiendo negotio informandi.

142) „*Alle Wohnungen ausgestorbener Familien, alle überhaupt angesteckten Häuser von schlechter Bauart und äusserst geringem Werthe, deren Reinigung nicht ohne grosse Gefahr der Arbeiter unternommen werden konnte, sollten* ***abgebrannt*** *und niedergerissen werden.*" (Schraud op. c. 1. *Th.* p. 149.).

spectoribus examinanda, ne ibi objectum contagio imbutum relinquatur. Nec stabula, tecta vehicularia, horrea et domus hortenses praetervideri debent. Immo ut vestes aliaeque res sub terra reconditae observationi non aufugiant, praeviâ provocatione incolarum ad declarationem[143]), horti aeque ac chortes profunde perfodiendi sunt. Domus sic undique expurgata subfumigiis acidi muriatici sive simplicis, sive oxygenati (remotis prius rebus metallicis) impletur, ac dein per nonnullos adhuc dies, apertis januis et fenestris, afflatui exponitur[144]). Tunc solum talis domus ab incolis, qui jam tempus quadragesimae medicae in contumacia absolverunt, rursus inhabitari potest. Traditur illis simul supellex expurgata. Et domus, in quibus pestis *non* apparuerat, simili pacto unâ cum supellectile, linteis èt vestibus expurgandae, idque ab ipsis habitatoribus, praesente

143) „*Demnach wurde jeder Irregher, so wie er in die Kontumaz eingetreten war, auf Befehl des K. Kommissärs von einem Priester in Gegenwart eines Beamten eidlich aufgefordert, alles Begrabene anzuzeigen, wovon er Wissenschaft haben möchte.*" (SCHRAUD op. c. 1. *Th.* p. 163.).

144) GENTILIS A FOLIGNO (l. c.) jam scripsit: „Balneant saepe domus aegrotorum cum aceto, *saepius eventententur ventis borealibus.*" Peste a. 1656 Moscuae grassante domus pagorum vicinorum, in quas etiam morbus irruperat, per biduum *gelu* perviae reddebantur. (RICHTER op. c. 2. *Th.* p. 163.).

sente inspectore politiae, necessarias cautelas inculcante. Interea continuatur contumacia domestica hominum expurgationis negotium perficientium[145]). Purificentur quoque merces, contagio recipiendo idoneae[146]), nec non ecclesiae aliaque loca publica. Si in viciniis nemora, aliaeve regiones desertae exstent, et hae perlustrandae sunt[147]). *Nosocomia loimica* (unâ cum supellectile,

145) Terminatâ peste *Wukowarensi* de expurgatione domuum, in quas pestis *non* irrupit ita scribit SCHRAUD (op. c. 1. *Th.* p. 139.): „*Während diesem Geschäfte musste die Hauscontumaz, die tägliche Krankenforschung auf das strengste fortgesetzt werden, damit, wenn unter dieser Behandlung aller Fahrnisse der Peststoff irgendwo entwickelt und auf Menschen übertragen würde, das Uibel sogleich entdeckt werde.*"

146) „*Der K. Kommissär befahl . . ., dass die Kaufleute ihre Gewölbe eröffnen, mit Essigdufte anfüllen und sodann lüften; die Papierüberschläge der Waaren verbrennen, die leinenen waschen; die Waaren täglich von Ort zu Ort legen sollen.*" (SCHRAUD l. c.).

147) „Moldavienses, praesertim tenuioris fortunae, tempore pestis, infectos suos . . . . in *nemora propinqua* clam abducunt; substratis foliis, gramine et panniculis, in loca umbrosa deponunt; vas aqua plenum et alimenta juxta eos collocunt; sicque miseros, fato suo derelinquunt." (ORRAEUS l. c. p. 16. not.). Intelligitur itaque pretium sequentis cautelae: „*Die öffentlichen Beamten des Kumuer Bezirkes, begleitet von 50 vertrauten Menschen, beritten alle Gegenden des ganzen Gebiethes, bestiegen alle Anhöhen, durchsuchten alle Wälder, wandelten alle Gesträuche durch, um jedes Ui-*

ctile, currui cadaverum dicato) aut comburantur, aut instar domuum infectarum expurgentur[148]. Eodem modo contumaciae tractentur, postquam ultimô, nosocomiorum medicis, chirurgis, sacerdotibus, custodibus aegrotorum, et vespillonibus inservierant. Favente anni tempore, si flumen propinquum sit, omnes habitatores balneo uti queunt[149]. Re huc perductâ incolis permittatur, ut habitationes derelinquere et libere in plateis incedere possint. Multorum tamen conventus necdum admittatur, donec circiter sex hebdomades ab ultimo pestis casu, immunes elapsae fuerint. Et tunc adhuc per plures menses ita incedendum, ac si pestis in viciniis esset[150]. Memorabilis illa dies, qua regio peste antea infecta, pro insonte declaratur, quaque ideo die liberum commercium undique restituitur, *Deo* sospiti cantu solenni gratias agendo celebretur.

22. No-

berbleibsel der Ausgewanderten, jede Hütte oder Höhle, wo sie einstens lagen, jeden Felsen, jeden Grabhügel aufzufinden." (SCHRAUD l. c. p. 177.).

148) Quam periculosa sit expurgatio lazarethorum docet exemplum vespillonis, qui effosioni centum et ultra cadaverum immunis adstitit; mox vero contagium accepit et mortuus est, dum se ad lazarethum purgandum accinxerat. (SCHRAUD l. c. p. 167.).

149) „*Das ganze Volk musste sich in Wasser baden, was die Temperatur der Luft hatte.*" (SCHÖNBERG l. c. p. 53.).

150) No. 6. Cfr. SCHRAUD op. c. 1. *Th.* p. 209.

Viri de pestibus bene meriti.

22. Nobis autem aliud adhuc superest debitum, videlicet viris eximiis, qui pestium tempore propriam vitam aliorum saluti postposuere, quosque heroibus, qui orbem terrarum ferro et igne devastarunt, longe praeferimus, grati animi tributum persolvendi [151]). Spectant potissimum huc St. Rochus [152]), St. Carolus Borromeus [153]), Car-

151) „*On nous vante le courage de ces héros qui, à la tête des armées, vont affronter les périls: mais les dangers qu'il courent sont-ils comparables à ceux que présente une ville infectee de la peste? Ici, ni le bruit des instrumens, ni le spectacle guerrier de cinquante mille hommes, ni cette ardeur martiole qu'on se communique les uns aux autres, quand l'imagination est exaltée par des idees de gloire, ne peuvent rien sur le coeur pour l'affermir contre le danger. La mort, dépouillée de cet éclat, qui la fait affronter aux guerriers, frappant à coup sûr et sans relâche les citoyens de tout rang, de tout âge et de tout sexe, ne respectant aucun asile, pénétrant dans les réduits les plus obscurs, menace continuellement ceux qui ont échappé à ses traits. S'il est des hommes qu'on doive louer, ce sont ceux, qui, dans ces temps malheureux, ont le courage d'exposer généreusement leur vie pour le solut des autres.*" (Papon op. c. T. I. p. 247 seq.).

152) „*Celle (la peste) de 1301 est devenue fameuse par le dévouement avec lequel Saint-Roch servit les malades à l'hôpital de Plaisance. Ce célebre pélerin, natif de Montpellier avoit quitté ses parens et renoncé aux avantages de la naissance et de la fortune, pour se consacrer aux services des pauvres, en menant une vie obscure.*" (Papon l. c. T. II. p. 273.).

153) „*C'est le temps* (1577) *où Charles Borromée,*

Cardinalis GASTALDI[154]), Episcopus BELSUNCE[155]), P. P. GERARD[156]), MAURIZIO DA TOLONE[157]), ABRAHAM A ST. CLARA[158]), LUIGI DI PAVIA[159]) te alii monachi ex ordine praecipue Fratrum *Capucinatorum*[160]), Archidux FERDINANDUS II.[161]), Lord WALTER MANNY[162]), Administer reipublicae Venetae

archevéque de Milan, donnoit l'exemple de ces vertus sublimes, que l'évêque de Marseille Belsunce fit en partie revivre au commencement de ce siècle, lorsque la peste affligeoit cette grande ville." (Idem, ibid. p. 286.).

154) Romae 1656. Cfr. op. cit.

155) „*Nouveau Borromée on le vit partout, où le salut du peuple demandoit sa présence.*" (PAPON op. c. T. I. p. 237.).

156) Frater Petrarcae, ex monasterio Carthusiano Montrieux. „*Il prenoit soin de ses confrères dans leur maladie; et après leur dernier soupir, il lavoit leurs corps et les portoit sur les épaules au lieu de la sepulture.*" (PAPON op. c. T. I. p. 121.).

157) In peste Genuae 1656.

158) In peste Viennae 1679.

159) Director nosocomii pestiferorum Smyrnae.

160) In pestibus Italiae 1528, Mediolani 1576, Genuae 1579, Provinciae Francogallicae 1580, Parisiorum 1586, Lombardiae 1630, Provinciae Francogallicae 1649, Neapolis 1656 et Genuae 1656 hujusmodi monachi ita se devoverunt, ut fere exterminarentur.

161) In peste Florentina „*Scorreva egli, ora a piedi ed ora a cavallo, con magnanimo ardimento le contrade e le vie della città, pur quando la peste era nel suo forte, informandosi dei bisogni delle famiglie, e della maniera con cui erano esequiti i suoi ordini, e mantenute le discipline e precauzioni della sanità.*" (RONDINELLI l. c.).

162) In peste a. 1348 Londinensi. Emit campum (*New-*

tae ALVISE VALARESSO [163]), Praefectus Massiliae LANGERON [164]), Praetor MOUSTIER [165]), M. DE RANCÉ [166]), Marchio VAUVENARGUES [167]), Princeps ORLOFF et Senator JEROPKIN [168]), Commissarii Imperiales SIGISMUNDUS LOVÁCZ AB OETVENES [169]), Comes FELIX COMARNICKI [170]), JOSEPHUS A KLO-

BUSI-

church-Haw) pro sepeliendis mortuis, condidit ecclesiam et duodecim sacerdotes instituit. (BARNES l. c.).

163) „*Cavaliere chiaro per nascita e per talento, per coraggio e per altre qualità distintissimo. Determinò di fissare il suo soggiorno in Verona* (1630) *sprezzando il pericolo, quantunque avrebbe potuto eleggerselo in luogo sano.*" (PONA l. c.).

164) „*Commandant de Marseille, homme de mérite et tel qu'il falloit dans ces circonstances.*" (PAPON op. c. T. II. p. 248.).

165) „*On le voyoit dans tous les quartiers et surtout dans ceux où la contagion étoit la plus envenimée; il faisoit enlever jusqu'à mille cadavres par jour.*" (PAPON op. c. p. 287.).

166) „*Vieillard de 95 ans, qui avoit encore pour les malheureux cette tendre sensibilité, que l'age et une longue fréquentation des hommes détruisent presque toujours.*" (PAPON l. c. p. 289.).

167) „*Quoiqu'il n'eût encore que 36 ans, il justifia par sa conduite la confiance de la cour. Il alluma par son exemple dans les ames sensibles le zèle patriotique dont il étoit animé.*" (Idem, ibid. p. 362.).

168) Uterque Moscuae a. 1771. (ORRAEUS p. 29.).

169) SCHRAUD l. c.

170) „*Er hat sich freywillig zum Dienst eines Lokalkommissärs in einigen Ortschaften angeboten, und sogar seine Wohnung daselbst genommen. Jedermann wird mit mir*

BUSICKY[171]), Princeps ALEXIS KOURAKIN[172]), Reg. Neap. GAROFANO[173]), Dux militum MIRABELLI[174]), HOWARD philanthroporum cuivis satis notus, *medicique* innumeri[175]).

den Entschluss dieses gräflichen Jünglings edel und achtungswürdig finden, und den Wunsch hegen, dass sein Beyspiel in künftigen Fällen Nachahmung erregen möge." (SCHRAUD op. c. 2. *Th.* p. 123.).

171) Optime meritus de peste Hungariae inferioris a. 1814 et 15.

172) Summopere meritus de peste *Odessae* a. 1813.

173) Bene meritus de peste Nojae a. 1815.

174) Item in peste Nojae.

175) Sufficiat unum exemplum. Medici *Graziola*, *Grandi*, *Graziani* sese in peste Veronensi 1630 pro nosocomio curando ultro exhibuerunt, atque illico obierunt. Ibi quoque „*Leonardo Tedeschi*, *medico e canonico*, *diede ben raro esempio di singolare coraggio e di esimia pietà e di carità generosa.*" (PONA l. c.).

Caput II.

De ephemera sudatoria anglica.

§. X.

Definitio. Momentum. Literatura. Itinerarium.

Definitio. 1. Nomine *ephemerae sudatoriae anglicae*[1]) intelligi solet febris continua, acutissima, sudoribus profusissimis insignita, quae seculo XV. versus finem vergente et circa medium seculi XVI. Angliam, indeque maximam Europae partem, pestis instar, infestavit.

Momentum. 2. Quum morbus hic quam plurimis a seculis jam exstinctus sit, duntaxat historice memorabilis videri posset. At nil magis a veritate alienum! Quis enim de illius, quocunque demum

1) *Synonym:* Febris sudatoria; Sudor anglicus; Sudor pestilens; Sudor pestilentialis; Febris anglica; Ephemera britannica; Febris Helodes; Hidronosos; Hidropyretos. Belgic. *Engelsche Zweet.* Gall. *Suette; Souette; Sueur anglaise; Fièvre sudatoire.* Ital. *Sudoretto.* Hisp. *Sudor Ingles.* Lusit. *Suor de Inglaterra; Suor Inglez.* Germ. *Englischer Schweiss; Schweiss-Sucht; Schweiss - Fieber; Schweiss - Seuche.* Dan. *Sveedfeber; Engelsk Sveedesyge.* Suec. *Engelska Svetten.*

mum tempore reditu, spondere valet? Quodsi tale (DEUS avertat) infortunium contingeret, sequens notitia scriptorum et bibliothecarum, quae illorum opera quatenus rarissima continent, praecipue exoptata foret. Debetur ea sedulitati virorum infinitae eruditionis C. SPRENGEL[2]), G. G. PLOUCQUET[3]) et maxime CH. G. GRUNER[4]), cui ultimo utinam propositum opus efficere licuisset!

3. *Monographiarum* de ephemera sudatoria Angliae et aliarum regionum auctores sunt: inter Anglos — J. CAIUS[5]); inter Batavos — J. CASTRICUS[6]) et DAMIANUS[7]); inter Germanos — E. COR- Literatura.

2) *Versuch einer pragm. Geschichte der Arzneykunde. 2. Th. Halle* 1793. p. 553.

3) Repertorium. T. III. art. Febris sudatoria. T. VII. art. Sudor anglicus. Item continuatio et suppl. art. Sudor anglicus.

4) Scriptorum de sudore anglico superstitum editio hactenus desiderata et adornata. Jenae 1804.

5) *A Boke or conseill against the disease commonly called the Sweat or Sweating Sickness.* 1552. 12. Prima editio latina ita inscripta est: Opera aliquot et versiones, videlicet de methodo medendi libri duo. De Ephemera brittanica, lib. unus. Lovanii 1556. 8. Altera editio: JOANNIS CAII Britanni de Ephemera Britannica liber unus, summa cura recognitus. Londini. Impensis Gul. et Joh. Innys 1721. 8. (Biblioth. acad. Gissens).

6) JACOBI CASTRICI Hassebrocani physici Antwerpiensis, de sudore epidemiali, quem anglicum vocant, ad medicos Gandenses epistola, Lutetiae ap. Christ. Wechel 1559. 8. (Bibl. Paris. nation.).

Cordus 8), W. Bayer 9), H. a Nuenare et S. Riquini 10), J. Helwetter 11), M. Hundt 12), alii-

7) Tertii Damiani Vissenaci, Decipolitani Libellus περὶ τοῦ ἱδρονσύσου tempore, quo hoc malum saeviret, ab eodem concinnatus. Antwerp. imprimebat Ant. Dumaeus 1541. 4. (Bibl. acad. Jenens. et Altdorf.).

8) *Ain Regiment, wie man sich vor der neuen Plage, Der Englische Schwaiss genannt, bewahren, und so man damit ergryffen wirt, darinn halten soll, durch* Euricium Cordum, *der Artzney Doctorem und Professorem zu Marpurg* 1529. 4. (Bibl. Trew. Altdorf. Ducal. Vinar. et Elect. Dresd. Senator. Gorlicens.) editio Marburgensis bis repetita est (differt enim utriusque textus) deinde et Norimb. ap. Prypus 1529. 4. et Tubingae ap. Morhart 1529. 4. Cl. Strieder etiam nominat edit. lat. Marb. 1529. 4.

9) *Richtiger rathschlag und bericht der ytzt regierenden Pestilentz, so man den Engelischen Schweyss nennet durch Doctor* Wenceslaum Bayer *von Elbogen, Cubito genannt, aussgangen. Leyptzigk* 1529. *IIII. Septembris.* 4. (Bibl. acad. Lips. et Trew.).

10) De novo hactenusque Germaniae inaudito morbo ἱδροπυρετοῦ, hoc est, sudatoria febri, quam vulgo sudorem Britannicum vocant, generosi Herman. a Nuenare, comitis, praepositi Coloniensis, Simonisque Requini medicae rei expertissimi judicium doctissimum, duabus epistolis contentum. Colon. ap. Jo. Soterem anno 1529 mense Octobri. 4.

11) *Vor die Engelische Krankheyt, die Schweyssucht genandt, volget ein Regiment, aufgesetzt durch Doctor* Johan Helwetter. 8. s. l. et a (Bibl. Trew. et acad. Lips.) sed paullo differt editio duplex.

12) *Eyn kurzes — Regiment wider dye Krankheit der Pest-*

aliique [13]; porro C. Kegeler [14]), A. Brehlochs [15]), J. Nidepontanus et L. Frisius [16]),

Joach.

ilentz — sampt einem kurtzen bericht der Schweysskranckheit — durch Magistrum Magnum Hundt — *aussgegangen.* In fine: *Getruckt zu Leyptzigk durch Valten Schuman, und aussgangen am VII. tag Octobris anno* 1529. 8. (Bibl. Trew.).

13) *Das aller bewertest vnn kürtzest Regiment, für die newe Kranckheyt, die Englisch Schwaissucht genannt, wie man die yetzunder zu Frankfurt, Mentz, Worms und Speier gepraucht. Durch die Doctores daselbst für die beste Arzney erkennet, den gmainen Menschen zu gut in Druck gegeben und aussgangen.* 1529. 4. S. l. (Bibl. Senat. Gorlic.).

14) *Ein nutzlichs und tröstlichs Regiment wider die Pestilentz und giftigk Pestilentzisch Feber die Schweyssucht genannt — durch* Casparum Kegeler (*Kepeler?*) — *Leipzig bey Valten Schumann.* 1529. 8. (Bibl. Rivin. Thomas. et Trew.). Exstat alia editio Lips. 1553. 8. et 1566. 4. Norimb. 1531 et 1544. Lips. 1598. 4.

15) *Eyn kurtzer gegründter vnderricht, vnnd erklerung einer geschwinden, vnnd überscharpffen Seuchten, yetzo von vielen der Englisch Schwayss, aber von den Alten das Pestilentzisch Fieber genannt — durch* Anthon Brehlochs — *gedruckt durch Jobst Gutknecht* 1529. 4. (Bibl. acad. Götting.).

16) Sudoris Anglici exitialis pestiferique morbi ratio, praeservatio et cura Joanne Nidepontano et Laur. Frisio — auctoribus praecipiti calamo conscripta. Argentor. in aedib. Jo. Knoblochii junioris anno christi 1529. 4. (Bibl. acad. Argent. et Paris. national.).

Joach. Rolandi [17]), A. Klump [18]), G. Gundelfinger [19]), P. Wild [20]), S. Kröll [21]), Anonymus [22]), Th. Fettich [23]), J. Schilleri ab Herderen [24]),

17) (Medicus Machliniensis seculi XVI.) De lue sudorifera.

18) *Ein kurtz Regyment vnd Consilium für die erschrockenlichen schnellenn krankheyt, der Englisch schweyss genant, so der hochgelehrt* Anthonius Klump, *der Arzney Docktor, sässchafft in der Heiligen Reychs Stat Vberlingen, seynen herren Burgermeister und Räten daselbst gemacht und vberantwort hat. Anno* 1529. 4. In calce: *Getruckt zu Freyburg im Breissgauv durch Joannem Juliacensem.* (Bibl. acad. Argent.).

19) *Vonn der newen Kranckheyt, so forder jars in Engelland angefangen hat, und yetzo diss Jars das Teutschland heymgesucht, durch* Georgium Gundelfinger, *erstlich in latein gemacht, newlich durch jn verteutscht.* 1530. 4. (Bibl. acad. Argent.).

20) *Docktor* Peters Wild *von Ysni, tröstlicher Bericht, von der newen erstandenen Krankheyt die Schweysssucht genannt* — 1529. 8. (Bibl. Trew.).

21) *Regiment wider die schwere, Erschreckliche, in Deutscher Nation kurtz nicht erhört, Döttliche Epidemia, welche man itzund bey vns die Engelische Schweyssucht nent.* Sigismund Kröll artium et medicine doctor. In calce: *Geben zu Meydenburgk* 1529. *Jar.* 8. (Bibl. acad. Lips.).

22) *Eyn tröstlich artzeney wyder die newen erschrecklichen vnd bevor bey uns teutschen unerhörten schnellen tödlichen Krankhait, die Engelisch Schwayssucht genant, so yetz an etlichen ortten tewtschlands grausamlich vnd gewaltig regiert, Also dass der mensch in* xxiiii *stunden lebendig und tod ist.* s. l. a. et l. In calce: *gedruckt*

DEREN[24]), G. GRATOROLI[25]), J. SPREMBERG[26]), J. SCHIT-

durch Hanns Stüchs, i. e. Norimberg. (Bibl. Trew.). Exstat alia editio, Argentorat. 1529. in cujus fine legitur, *getruckt zu Strasburg, am Holzmarckt. Ende.* (Bibl. acad. Argent.).

23) *Ordnung vnd Regiment, sich von der überscharpffen vnd gifftigen Krankheit der Pestilentz zu enthalten, vnd denen, so damit begriffenn, mit Gottes hülff wider ze helffen. Sampt den Zufellen. Mit angehenckter natürlicher Vrsach des Englischen Schweyss — durch* THEODOR FETTICH — *zusammenbracht. Zu Franckfurt b. Egenolph.* 1531. 4. hinc repetita Norimberg. 1531. 4. (Bibl. Trew.), Argent. 1531. 4. (Bibl. Schwarz. Altdorf.), Francof. 1536. 4. (Bibl. Möhring), Munchen. 1572. 4.

24) D. D. JOACHIMI SCHILLERI AB HERDEREN, Physici de peste Britannica commentariolus vere aureus. — Basil. excud. Henricus Petrus mense Augusto, anno 1531. repet. in GRATOROLI Collect. et Basil. 1532. (Bibl. acad. Frib. Brisg.).

25) Cl. philosophi et medici PETRI DE ABANO de venenis eorumque remediis, item consilium de praeservatione a venenis D^ni^ GUIL. GRATOROLI: item generosi HERM. A NUENARE Comitis περὶ τοῦ ἱδροπυρετοῦ, id est, sudatoria febri, item curatio sudoris anglici in Germania experta, item JOACH. SCHILLERI de peste Britannica commentariolus. Omnia opera D^ris^ GUIL. GRATOROLI ex manuscriptis exemplaribus collecta, aucta atque illustrata. 8. S. l. et a. (Bibl. Caes. Vienn.).

26) *Kurtzer Bericht von Zweyerley Geschlecht der Pestilentischen Febern: Eines, das sich mit Beulen, Macklen oder Geschwüren erzeigt, Das ander, so man die*

J. Schitler[27]), J. Weyern[28]), J. Pnollamer[29]), G. W. Wedel[30]), aliique[31]). Accedunt *fragmenta* tum *historica*[32]), tum *medica*[33]).

4. Mor-

Schweyssucht nennet. Vnd was sic Jdermann darinnen vorhalten sol, Durch Johann Sprembero — *gestellet. Breslau* 1568. 4.

27) Regimen praeservativum et curativum febris pestilentialis et *morbi anglici sudoriferi.* 1572.

28) *Artzney Buch: von etlichen biss anher vnbekandten vnnd vnbeschriebenen Kranckheiten, deren Verzeichniss in folgendem Blatt zu finden durch* — Johann Weyern *selbst verfertigt, vnnd in Teutsche Spraach verbracht. Jetzt aber auffs neuw gebessert vnd vermehret. Franckf. am Mayn* 1580. 8. (Bibl. Günz.) 1583. 8. (Bibl. acad. Götting.), Francf. 1588. 8. (Bibl. Rivin. et Moegling.) ex parte repet. in L. Schorbocks Spiegel, Nurnb. 1659. Hallerus etiam mem. ed. Lips. 1693 et 1696. et vers. Belgic. auct. Steph. Blancardo, versio latina est in opp. Amst. 1660. 4.

29) *Ein new Consilium von der Pestilentz, und Engelischen Schweyss, gezogen aus dem* — Petro Droeto — *durch* Johannem Pnollamer art. med. *Doct. d. Z. Bamberg medicum. Gedruckt zu Bamberg durch Anton Horiz anno* 1591. (Bibl. acad. Friburg. Brisg.).

30) Diss. med. inaug. de sudore Anglico sub praesidio Ge. Wolfg. Wedelii — eruditorum censurae subjecta ab E. Leupoldo. Jenae 1697.

31) Grunerus nusquam sequentes libellos, quorum fit passim apud aequales et majores mentio, reperire potuit, videlicet: Perhorrendae pestilentialis ephemerae, quam falso sudatoriam luem vocant, curandi ratio, auct. H. Aurimontano. Cracov. 1530. 8. — Jo. Benedicti Regimen de novo et inaudito Germaniae

4. Morbus, de quo agitur, quinquies *Angliam* Itinerarium.

morbo, quem gurgeationem s. sudorem Anglicum appellant. Cracoviae 1530. 8. — Jo. Schitleri (medici Nissensis in Silesia) Regimen praeservativum et curativum pestiléntialis et morbi Anglici sudorini. Nissae 1572. 8. — Joach. Roelandus (Rolandi) L. de nouo morbo sudoris (sic Jo. Secundus et Val. Andreas eum referunt) vel de novo morbo sudoris, quem Anglicum vocant, anno 1529. grassantis (Ita Eloy habet.).

32) Hist. Croyland. Contin. p. 551. Rer. Angl. Script. Vet. ed. J. Fell T. I. Oxon. 1684. — Polydor. Virgil. angl. histor. lib. XXVI. (fol. Basil. 1534.). — Bacon. Verulam. hist. Henric. VII. col. 1002. opp. ed. Francf. 1665. — Camden Britann. magna. Amstel. 1659. p. 223. 250. 251. 259. 260. 273. 281. — Fr. Godwins Rer. Angl. Henr. VIII., Eduardo VI. et Maria regnant. Annal. Lib. II. — Richard Baker *A chronic of the Kings of England* p. 313. — Rapin *Geschichte von England. 4. Th.* p. 151. — Le Grand *histoire du Divorce de Henry VIII. T. I.* p. 96. *et T. III.* p. 137—39. — Stubbes *specimen of animadversions upon the history of the R. Society. Lond.* 1670. — Herm. a Kerssenbroick histor. Monaster. f. 70. b. (Manuscriptum.) — Sleidan de statu religion. et rei publ. Carolo V. Caesar. Lib. VI. f. 97. a. (fol. Argent. 1555.). — Pont. Heuteri rer. Austriac. lib. X. c. 4. p. 236. (opp. fol. Lovan. 1649.). — Erasm. Roterodam. epist. lib. XXII. p. 822. (Fol. Basil. 1558.).

33) Marc. Donatus L. I. cap. 2. p. 26. — Wierus obs. L. II. No. 4. v. opp. p. 981. — Dodonaeus prax. med. — Horstius opp. III. — A Fonseca Consil. T. II. No. 1. — Fernelius Consil. No. 67.

gliam invasit, primûm anno MCCCCLXXXV. (vel MCCCCLXXXVI[34])) mense Augusto, sub adventu *Henrici*, ducis Richmondiae (*Henrici VII*), in portu *Milfordiae*[35]) et desiit mense Octobri; rediit

— SCHENK Lib. VI. obs. 95. — FORESTUS Lib. VI. obs. 8. — SENNERTUS Dispt. XIII. Viteb. 1628. — De Febribus Lib. IV. cap. 15. — HARTMANN diss. de sudore unius lateris. In Praefat. Hal. 1751. — R. VOGEL de cogn. et cur. h. c. affect. §. 91. — NICOLAI *Patholog.* 2. *B.* §. 73. p. 148. — BATEMAN in *Medical and surgical Journal. Vol. IV.* — REYDELLET art. SUETTE in *Dict. des sciences médicales. T. LIII.* p. 185 — 200.

34) Duplici calendario tunc utebantur Angli, videlicet ecclesiae Anglicanae et Romanae.

35) MEAD (*Discours on the plague* p. 6. 7.) contendit *Henricum VII.* morbum *ex Gallia* attulisse, ad quam a. 1480 *ex Rhodo* pervenit. Quae ultima assertio certe falsa est, nam circa illud tempus in Rhodo nec pestis, nec alterius morbi contagiosi meminerunt historici, ut videre est apud VERTOT *histoire des chevaliers de S. Jean de Jerusalème. Vol.* 2. *lib.* 7., p. 305. *Paris* 1726. — PANTALEONE histor. nov. militar. Ordinis Johannitarum, Rhodiorum aut Melitensium Equitum. Lib. 5. p. 140. Basil. 1581. — OEFELIO rerum Boicarum Scriptor. T. II. p. 73. — Pestes Rhodenses de quibus Bosio (l. c.) loquitur ad annos quidem 1455, 1499 et 1500, sed non ad annum 1480 spectant. At, ephemeram audatoriam *ex Gallia* ortum traxisse, verosimile est. Praeterquam quod jam supra (cap. I. §. II. No. 10. n. 116.) dubia protuli, morbum, qui a. 1450 Parisiis grassatus est, ad pestem pertinuisse, ex QUERCETANO sequentia refert SENAC (*traité de la peste* p.

rediit iterum a. MDVII. aestivis mensibus; tertio a. MDXVII. a mense Julio ad Decembrem; quarto a. MDXXVIII. mense Majo usque ad autumnum; quinto a. MDLI. mense Aprili et desiit sub finem Septembris, vel mensibus primis a. MDLII, ubi in portibus Angliae septentrionalibus exstinctus est. Nec *Scotiam* tamen nec *Hiberniam* attigit. Annis

23.): „*Jusqu'au quinzième siècle la peste avoit eu la même face; mais alors ces accidens dégénérèrent, ou, pour mieux dire, il regna une nouvelle maladie, qui, sous des dehors différens, produisit dans le corps les mêmes ravages: ses accidens étoient entièrement opposés à ceux qui caractèrisent les autres pestes. Ce ne fut point par des taches, par des charbons, par des bubons que cette peste se montra sur les corps; il n'y eut aucune de ces éruptions que l'incendie poussoit de tous côtés dans les maladies que nous avons détaillées; la peau n'étoit point flétrie par la sécheresse, qui accompagne les taches charbonneuses. Au contraire, elle fut inondée par des torrens de sueur. Il sembloit que tout le corps se fondit en eau. . . . . Les langueurs, les défaillances, le mal au coeur, les douleurs de tête, le pouls frequent et inégal, les palpitations violentes, tous ces accidens se réunissoient dans cette sueur; les malades qui négligeoient les cordiaux, qui s'exposoient à la fraicheur de l'air, périssoient dans les vingt-quatre heures. . . . Dans chaque ville où elle paroissoit, elle saisissoit cinq ou six cent malades par jour. De cent à peine y en avoit un qui pût résister à la violence des accidens. Deux ou trois attaques ne garantissoient point des récidives.*"

Annis MDXVII[36]) et MDXXIX. passim *oram Galliae maritimam*, Britanniae proximam, Anglis subjectam, invisit. Anno eodem MDXXIX. primûm ex Anglia venit ad *Batavos*, moxque aestate media ad autumnum usque in Germaniam inferiorem et superiorem et paullo serius in Helvetiam. *Hamburgo* navibus in *Pomeraniam*, *Prussiam*, *Lithuaniam*, *Poloniam* et *Russiam*, et ex Anglia in *Daniam*, *Norvegiam* et *Sueciam* perductus est. Eo in urbem aliquam delato et itinere vario fesso, tres, quatuor vel sex dies in statione sua quasi quiescebat, atque de recta regione ad devia municipia et vicos deflectebat, donec tandem, novis resumtis viribus, aliò iret et postremo in perpetuum hucusque cessaverit a. MDXXX[37]).

§. XI.

Symptomata. Necroscopia.

Symptomata. 1. Homines sanissimos subito invasit lassitudo, virium demtio et animi demissio, summa anxietas, tremor, frigus vel calor[1]), sitis inextingui-

36) Caletum et Gesariacum a. 1517 sudor iste attigit, ut ex literis TH. MORI apud ERASMUM ROTTERODAMUM (opp. T. III. lib. VII. p. 270.) colligitur; eo tempore enim haec regio sub Anglorum potestate fuit.

37) GRUNER l. c.

1) „Aegritudo haec supervenit homini cum frigore vel rigore, vel cum magno et inusitato calore." (GRATOROLI l. c. fol. 82.).

tinguibilis, sensus aurae per membra decurrentis[2]), ardor ventris, nausea, vomitus, dolor lumborum et capitis, delirium, somnolentia, cordis palpitatio cum syncope[3]) et convulsionibus. Fuit spiratio crebra, pulsus sub initio celer, frequens, magnus, brevi parvus et debilis. *Sudor* cum ipsa accessione venit largus et odore gravis, horasque octo, duodecim, viginti quatuor perdurans[4]). In genere morbus notis inconstantibus insignitus erat[5]), verum semper tam vehemens et acutus, ut jam primo die, quin immo primis adeo horis, aliquos interfecerit; aliàs tertio, aut quinto, aut septimo die terminari solebat.

2. *Cadavera*, foetorem summum exhalantia, citis- Necroscopia.

2) Caius l. c. p. 231.

3) „.... sudor Britannicus, cujus morbi symptoma seu accidens est, *cardiaca syncope* vel animi defectus." (Sententia Levini Lemnii. v. Gratoroli l. c. fol. 94.).

4) „Solutus quandoque breviori spatio abiit: nonnulli enim duodecim, vix octo caeteri in universum desudavere horis." (J. Schiller l. c. sect. II.).

5) „Habet autem inconstantes notas morbus hic: quibusdam enim cum tremore et frigore, caeteris non sine ardore mediocri increpuit accessio, cum capitis dolore et gravedine, cordis pulsatione, nausea, vomitu, somnolentia, inaequabilique sopore. Hisce et spiritus aegre trahitur, turbatum lotium, inquietudo et anxietas, sudores foetidi, convulsiones, et quae memorata non sunt superintelligenda." (J. Schiller l. c. Sect. II.).

tione temporum mutabili [4]. Nec defuere, qui contagium suspicati sunt [5]. Huic opinioni revera favet origo morbi e maris portu et quidem belli tempore, modus invasionis [6], symptomatum cum peste similitudo [7], et aequalis cum typho in aliis regio-

4) „Proprium erat isti lui perniciosae . . . . . ut bis sub vere veniret vento austrino, tempestate humida, nebulosa, mutabili." (Gruner l. c. p. 3.). De morbi anglicani in Germania apparitione ait Nuenarius (l. c. fol. 69.); „fecit hujus anni et fortasse etiam praecedentium intemperies, fluminum exsudationes, frigora cum humiditate perpetuo conjuncta, ut jam in Germania *Britannicus quidam aër* suscitatus videri possit."

5) Comes *Thom. de Stanley* regi *Richardo* de fide suspectus, propter clientelam atque obsequium in castra venire jussus, excusationem a peste sudatoria habuit. (Hist. Croyland. contin. p. 573.). Accedit observatio sequens: „Abest hinc vix stadio pagus quidam, in eo cum quidam ab hac febri correptus esset, statim regulas protritas contemnens, quantus erat in accensum furnum, unde panes jam cocti educti fuerant, se penetravit: ibi cum totus sudoribus destillasset, emersit tandem languidiusculus, ut solent ab hac febri convalescentes. Porro qui deinde in eo furno excoctus est panis, nescio quid virulenti manducantibus conciliavit." (Riquinus v. Gratoroli l. c. fol. 85.).

6) „Sudor Britannicus . . . non minori affectu hominem conficit, quam si cor vitae fontem *halitu contagioso* forinsecus ingruente, opprimi contingat." (Levin. Lemnii l. c.).

7) Cap. I. §. III.

regionibus apparitio [8]). Contra repugnat quodammodo rapidissimum iter [9]), nisi forte id ex neglectu omnium cautelarum [10]), imprimis sub mercatu Francofurtano [11]) explicandum esset. Utut sit, constat metum nocuisse plurimis, morbum minus invasisse pueros [12]), pauperes, senes [13]), debiles, feminas; magisque homines robustos, juvenes, succi plenos et irritabiles [14]), nec non viros

8) „*Gleichzeitig mit dem Schweissfieber in England erschien wieder in Italien das Petechialfieber.*" (Schnurrer *Chronik der Seuchen.* 2. *Th.* p. 66.) — „. . . *und nun tritt zum dritten mal wieder die Petechien-Epidemie mit dem Schweissfieber zusammen.*" (Idem, ibid. p. 74).

9) Cfr. Part. I. Vol. I. Sect. II. Cap. III. §. de caussis febrium catarrhalium insolitis.

10) De popularibus suis scribit S. Riquinus, Trevir ad Nuenarium (Gratoroli l. c. fol. 85): „Invenias enim hic feris quam hominibus similiores. Ut non immerito scripserit Galenus, se talibus Germanis non magis scribere quam ursis, apris aut leonibus."

11) Hunc mercatum, circa St. Michaelem haberi solitum, chronicae fere omnes ut focum mali incusant. (Gualter chron. chronicorum. Lib. II. No. 5. p. 1315). Mercatores etenim inde singulas Germaniae in urbes reduces morbum ubique attulisse dicuntur.

12) „. . . pueri infra decem annos rarissime hac febre corripiuntur." (Nuenarius v. Gratoroli l. c. fol. 72.).

13) „Senibus solis quandoque pepercit pia...." (Schiller v. Gratoroli l. c. fol. 105.).

14) „Vidimus frequentius hoc morbo oppressos corpore

viros alto loco natos[15]). Eum in Anglia Scotis et peregrinis pepercisse, apud exteras vero nationes Anglos[16]) invasisse, medicorum et historicorum[17]) nonnulli falso contendunt[18]).

2. *Ephemerae sudatoriae anglicae* itinerarium illud *febris catarrhalis insolitae*[19]) in mentem revocat. Forma vero et indoles istiusmodi morborum nimis ab invicem differunt, ut confusionis periculum exstare possit. Porro Ephemera anglica sane cum *peste* analogiam alit[20]); at, quippe bubonibus et anthracibus destituta, pro peste, eo sensu, quo hodie a medicis sumitur, declarari Diagnosis.

Y 2 nequit.

candidos, *robustos*, pastu dulci usos, galactopotas, et summatim dicam sanguineos." (SCHILLER l. c.).

15) CAIUS l. c. — Hist. Croyl. — Morbo sudoris periit episcopus Spirensis. (Chron. Aug. et BEUTHER).

16) „Ex omnibus nationibus fere *soli Britanni* hoc morbo tentantur." (CAIUS l. c. p. 62.).

17) CAIUS l. c. p. 61. — GODWIN l. c. p. 331. — BAKER l. c. p. 59. — RAPIN l. c.

18) Monet GRUNER (Itiner. p. 13.): „Falsa certe minus probabilis haec assertio putanda est. Etenim LE GRAND (l. c.) nominavit *legati Mediolanensis famulos* morbo sudoris tentatos. CHIREGATHUS apud ERASMUM, *oratorem Venetum sudasse*, et *Ammonium*, Italum, Londini a. 1517, *sudatorio morbo mortuum* scripsit."

19) P. I. Vol. I. Sect. II. Cap. III. §. XIV.

20) „Comperio . . . sudatoriam febrem magnam quandam cum peste habere cognationem." (NUENARE l. c. fol. 66.).

nequit. Alioquin longe minus illa, peste, periculosior[21]. Quod vero a nonnullis minori contagii vi peculiarique morbi genio, quo accidit, ut crisis sudorum ope fiat[22], tribuitur. Qui ita sentiunt, ephemeram Britannicam pro peste vi imminuta aut mutata facie habent[23]. Nec forte immerito. Qualis sit relatio Ephemerae anglicae ad typhum alibi[24]) demonstrabitur. Non ad Ephemeram sudatoriam anglicanam sed ad febres cum miliaribus et praecipue ad typhum spectat *ephemera sudatoria miliaris* SAUVAGESII[25]), aliàs sporadica[26]), aliàs epidemica; cujus ultimae exemplum

21) „Facilius atque etiam citius curantur sudantes, quam qui a peste corripiuntur. Videmus enim, quam multi de sudore convalescant; immo si cura non desit, rarissimus est, qui hoc morbo absumeretur." (NUENARE l. c).

22) NUENARIUS ubi monet (l. c. fol. 66.) quod in *peste* natura, ad venenum expellendum impar, id saltem apostemate facto eoque maturato a reliquo corpore removere conatur, addit: „In *sudatoria* autem cum virtus cordis adhuc sit integra, virusque non adeo vehemens, quin virtute naturali resolvi possit, natura ipsa sudores excitat, quibus toto ex corpore defluentibus virus pestilens expurgetur et evaporet."

23) R. MEAD diss. de pestis contagios. natur. p. 10.

24) P. I. Vol. II. Sect. II. Cap. I.

25) Nosolog method. Cl. III. Ord. I. Gen. V. Spec. 8.

26) LIEUTAUD synops. universal. med. lib. I. sect. I. p. 31. — R. VOGEL l. c. §. 92. — VANDERMOND *Journ. de médecine. T. XII.* p. 351.

emplum febris, quondam in *Picardia*[27]), et al- terius,

27) Bellot an febri putridae Picardis *Suette* dictae sudorifera? (*Thèse in 4°. présentée et soutenue le 26. Novembre, Paris* 1733. *Sous la présidence de Casimir de Barfecnek.*). — Boyer *methode à suivre dans le traitement des maladies épidémiques. Paris* 1762. — Tessier *mémoire sur la Suette qui a regné à Hardevilliers en Picardie, au mois de Mai* 1773. V. *Soc. R. de médecine de Paris année* 1777 *et* 1778. *Mém.* p. 46. — En brevem febris *Picardiae*, duce Boyer (l. c.) descriptionem: Noctu homines adoriebatur morbus, abrupto somno, cum debilitate universali. Evigilabant cum sudore et calore maximis, cute vultuque flammeis, oculis scintillantibus, lingua alba et arida, pulsu duro, tenso, turgido; accedebat paraphrosyne sive mentis alienatio phrenetica circa tertium diem cum febris paroxysmo, miliaris eruptionis universalis prodromo, vel quod pejus erat, cum maculis purpureis, ita densis, ut *erysipelas universale* referrent. Praeter has eruptiones prodibant et maculae purpureae, majoribus pulicum morsibus similes et phlyctaenae albae, margarithis minutis aequales, sero acri turgidae, quae collum, axillas et truncum antice posticeque afficiebant, omnium eruptionum pessimae. Aliam idem auctor varietatem descripsit, quam *humoralem* adpellat, cum prima *indolem inflammatoriam* ostendisset. In *humorali* pulsus mollis, debilis, asthenia major, sopor frequentior, oculi languidi, lingua albissisima, non sicca; vermium proventus; cum in *inflammatoria* symptomata phrenetica, pleuritica et haemorrhagiae frequentes in statu morbi supervenirent. Morbus in genere ad diem 14 et 21. protrahebatur.

§. XIII.

Prognosis. Cura.

1. Morbum strages ephemerâ sudatoriâ anglicâ majores brevi edentem vix invenies[1]). Nec uni- Prognosis.

thodum huic morbo medendi, non parum meam infringere suspicionem, nisi qualitatem veneficam sanguinis inter caussas pericarditidis recipere placeat, quod juxta statum praesentem pathologiae sine hypothesi nequit.

1) A. 1517 in *omni Anglia*, praesertim *Londini* intra binas vel tres horas morbus lethalis. A. 1560 *Londini* intra septem dies mortui 800 et alibi plura millia. A. 1551 *Londini* ab initio vix centesimus convaluit. A. 1529 *Antwerpiae* morbus tribus vel quatuor diebus abstulit 4000 — 5000, ideoque supplicatio solennis facta, *Amstelodami* coepit die 27. Sept., mansit tribus quatuorve diebus tantum. Corripuit a die Jovis ad dominicam duo hominum millia, pauci mortui sunt. *Augustae Vindelicorum* die 6 — 11. Septembris aegri 1500, mortui 800. Mense Novembre ex tribus millibus aegrorum intra 14 dies ultra 600 mortui. *Bernam* venit Augustâ Vindelicorum, aegri 300, mortui tres. *Memmingae* in singulis aedibus aegri septem, vel octo, pluresque mortui intra 24 horas. *Argentorati* visus ad diem festum *St. Michaelis*, unâ hebdomade 3000 aegri, ex his pauci mortui. *Fribergae* mense Octobris cives subito aggressus, intra tres hebdomades 600 sustulit. *Zuiccaviae* una nocte 100 aegri. Die 14. Augusti sunt 19 sepulti. *Rostockii* sudor multis lethalis, professores lue istâ fere omnes mortui. *Regiomontii* exstincti dicuntur 30,000. (Ex GRUNERI Itinerario passim.).

unicâ ea invasione semper quiescebat [2]); nec desiderabantur illius reliquiae, chronicae potissimum cordis palpitationes et hydropes [3]). Cuncta adhibita antidota (ab illis contra pestem commendatis [4]) haud diversa) nihil praestabant. Salus in fuga quaerebatur [5]). Scopo autem omnino medendi ratio tandem detecta, respondit.

Cura. 2. Ab illo etenim tempore, a quo medici cognoverunt, sudorem aegrotis esse proficuum, omneque periculum in illius praepostera suppressione locatum esse [6]), felix morbi eventus sat tuto promitti poterat. Cum ergo morbus momento ante sanos corriperet, non licebat mutare cubiculum;

2) Erasmus l. c. (Brevi intervallo bis, ter, quater repetens.).

3) Erasmus l. c. — Nicolai *Pathologie*. 2. *B*. p. 146.

4) Cap. I. §. IX. 17 (101).

5) Propter luem epidemicam conventus curiae supremae (a. 1517) dilatus. (Herbert). Ob metum multorum fuga ex Anglia. (Erasm.). *Spirae* a. 1529 camerae imperialis feriae indicatae ad integrum mensem. (Chron. Aug. et Beuther). Celeber conventus a *Luthero* et *Zwingli* Marburgi eodem anno habitus, ob sudorem dimissus. „*Von der Furcht vor dem Tode erschüttert, vergassen die Ketzer alle Gedanken an Neuerung und Abänderung des Glaubens und der Kirchengebräuche.*“ (Kersenbroick apud Sprengel l. c. p. 553.).

6) Sudoris suppressionem sequebatur mox tumor lividus corporis et sensus quasi acicularum sub cute pungentium nec non mors. (Caius l. c. p. 128.).

culum; neque tutum erat vestes exuere, sed eodem momento lecto decumbendum erat[7]. Sin sanos in lecto decumbentes invaderet morbus, cogebantur se ibidem continere, praeter faciem[8]) nihil denudare, nec membra jactare[9]). Nec alvi vel

7) „Quamprimum igitur hominem invadit, statim se in lectum collocet cum suo indusio, et supponatur ei linteamen duplex sub dorso humerisque et ascellis usque ad regionem cordis et prius bene calefiat tale pannum.“ (Gratoroli l. c. fol. 87.). „Quamprimum homo correptus est, in quocunque sit statu, illico in lectum se componat, cum caligis et vestimento, quod circa se erit, et mediocriter se tegat cum laneo tegumento, non cum plumeo. Si vero in lecto constitutum corripiat haec aegritudo, maneat sub iisdem tegumentis, in quibus se reperit, nisi nimia essent.“ (Dr. Petro l. c.).

8) „Decumbat capite elevato et lineo panno involuto, solum facie et forcula gulae nudis dimissis.“ (Gratoroli l. c. fol. 86.).

9) „Hoc modo in lecto se habere debet, nempe cum extensis cruribus ac pedibus, nec manus teneat super pectus, ne venenum ex manibus ad cor transeat: non nudet pedes aut manus, alioquin morietur . . . . non etiam se obvolvat in lecto: si vero se volvere ex aliqua necessitate voluerit, sint duo ab utroque latere qui tegumentum comprimant, ne elevetur et aër subintret, quoad se volverit. Si mingere vel cacare voluerit, extra lectum projiciat, vel calidum vas ei detur sub tegumento, sed caute ne frigus subintret.“ (Dr. Petro l. c.). — „Inter hanc curationem imprimis caveat, ne manum quidem aut pedem sui refrigerandi recreandique caussa, extra stragula proferat,

stragulis impositis et diaphoreticis[13]) revocabantur. Neque sudandi finis fiebat, nisi viginti quatuor horis exactis. Tunc primûm stragula minuere et sudores quam diligentissime abstergere[14]) lectùmque mutare[15]) licebat. Interdum vero, praecipue

quae semper calida sit, non tamen nimis calidam vel frigidam." (Dr. PETRO l. c.).

13) „Sed vix aliud est, quod venenum magis extrudat, et ad poros reponat, *angelicae radicis* pulvere, si drachmae unius pondere cum libanotidis aquis sumatur. Multo fortius vero si cum theriacae drachma semis." (J. SCHILLER l. c.).

14) „Secundo debent mundos albosque lineos vel cannabinos pannos habere, parum calefactos apud clarum ignem, quibus faciei sudorem aegro abstergant, ne sudor retrocedat." (Dr. PETRO l. c.). — „Quamprimum autem aeger sudare incipit, opus est, sudorem a facie abstergere cum puro lineo panno, et etiam cum molliculo lineo linteolo in calida rosacea et lavandulae aquis instincto nasi foramina, tempora et frontem affricare, ut aeger a syncope praeservetur. Nam si aeger ita usque ad octo vel decem horas maneat, aut jaceat, adveniunt illi magnae puncturae in caput et cor, tumque aeger cum lecto ac pulvinari suaviter elevari ne suffocetur, et simul cavendum est, ne aër subintret, praesertim frigidus." (GRATAROLI l. c.).

15) „Post 24 horas absterso tepidis et mundis pannis sudore, praesertim sub ascellis, induat mundum indusium, non frigidum, et vestem, apudque bonum, id est ex bonis lignis ignem sedeat, donec *alter mundus lectus* paretur, vel saltem munda et calida lintea-mina alia ponantur, et pulvinaria ac tegumenta, et se in lectum collocet, et ad naturae desiderium dormiat,

cipue in robustioribus[16]), sudores iterum atque iterum ad duodecimam usque vicem ciere oportebat[17]). Verum et hic erat modus in rebus[18]). Observatum enim est, nimio sudores eliciendi studio, dum ultra vires stragulis onerabantur aegri, maguam eorum partem suffocatam esse[19]). In-

bene tectis pedibus et brachiis, ut supra dictum est." (Dr. PETRO l. c.). — „Quarto, cum ubique abstersus fuerit sudor, paratum altum lectum habere oportet, cum calidis linteaminibus, in quo jaceat. . ." (Ex Doctore VON UEBERLINGEN v. GRATOROLI l. c. fol. 93).

16) „Monebimus hic robustos et quibus de virtute plus satis est, fortiter ad fluorem urgendos esse, minus vero imbecilles, quos ob virtutis jacturam non tentabis, neque nimium compelles. . . ." (J. SCHILLER l. c.).

17) „Quinto, si . . . . sudor rursus sponte manat, debet vel potest aeger adhuc unam vel alteram horam sudare, postea ut supra dictum est, siccare." (Ex Dr. UEBERLINGEN l. c.).

18) „Non onerandus est aeger pannis seu tegumentis superfluis, sed hactenus tegendus est, quatenus pati potest commode, nec laedatur ab externo aëre subingrediente et ita moretur, donec sudor copiose profluat et quamdiu vires et aegri natura ferre potest, non autem ad certum horarum numerum: postea cum siccis pannis abstergatur et in alium purum lectum cum calidis linteaminibus repositus quiescat, aut parum dormiat." (Ex Dr. PETRO. v. GRATOROLI l. c. fol. 90.).

19) „. . . . et adverte ne aeger nimio calore, vel ni-

Inter sudandum enim viribus prudenter prospicere necesse erat, idque cardiacis, alexipharmacis et antisepticis remediis [20]. Probe autem retineri debet, haec duntaxat genuinae ephemerae sudatoriae anglicae quadrare, neutiquam vero morbo quodammodo simili *Picardiae*, utpote qui, ubi inflammatorius, evacuationes sanguinis reliquumque regimen antiphlogisticum, aurâ tamen frigidâ exceptâ, exposcebat. *Convalescentes* ex ephemera sudatoria anglica diu frigus ciboque crudos et vinum evitare debuere [21].

mia coopertura urgeatur: nam inde multi pereunt." (Gratoroli l. c. fol. 87.).

20) Celebrantur hoc nomine terra sigillata, bolus armenia, dictamus, carduus benedictus, zedoaria, tormentilla, nymphaea, borrago, aqua acetosae et scabiosae aliaque hujus census.

21) „.... et ut etiam *post aegritudinem* aliquot dies calido in loco versetur, donec interne ac externe redierit ad pristinam sanitatem." (Dr. Petro l. c.). — „... debet se aeger cum cibariis concoctu facilibus custodire; non cito ad vinum affatim redire." (Ex Dr. von Ueberlingen l. c.).

BIBLIOTECA IN ROMA

In-bibliopolio Kuehniano prodierunt:

Frank, Jos., acta instituti clinici Caesar. univers. Vilnens 8 maj. annus I. 20 Gr. ann. II. 13 Gr. ann. III — VI. 21 Gr.

Frank's, Joh. Peter, Supplementbände z. medicinisch. Polizei od. Sammlung verschied., in diese Wissensch. einschlagender, eigner Aufsätze. 2r Bd., nach d. hinterlass Papieren d. Hrn. Verfassers herausgeg. v. Voigt, m. 4 Tabellen. 8. 2 Rthlr.

Boyer's Vorles. üb. d. Krankh. d. Knochen, herausgeg. v. Richerand, übers. u. m. Anmerk. v. Spangenberg, m. 3 Kupf. gr. 8. 1r Thl. 1 Thlr. 16 Gr. 2r Thl. 1 Thlr. 12 Gr.

Clarus, Joh. C. Aug., Annalen d. Kön. clin. Instit. im St. Jakobs-Hospit. in Leipzig. gr. 8. B. I. Abth. 1. 21 Gr. Abth. 2. m. illum. Kupf. 1 Rthlr. 12 Gr.

Jackson, R., üb. die Fieber in Jamaika, a. d. Engl. m. Anmerk. u. Zusätz v. Kurt Sprengel. gr. 8. 20 Gr.

Kreysig, Friedr Ludw., neue Darstell. d. physiol. u. pathol. Grundlehren f. ang. Aerzte u. Praktik. 8. 1r Thl. 1 Rthlr. 2r Thl. 21 Gr.

— Abhandl. üb. d. Scharlachfieber. 8. 1 Rthlr. 12 Gr.

Neumann, C.G., allgem. Therapie. gr. 8. 1 Rthlr. 4 Gr.

— Beiträge z. prakt. Arzneiwissenschaft. 8. 1 Rthlr.

— üb. d. Werth d. Blutlassens. 8. 12 Gr.

Sacco, Ludw., neue Entdeckungen üb. d. Kuhpocken, d. Mauke u. Schaafpocken, a. d. ital. v. W. Sprengel, m. Vorr. u. Anmerk. v. Kurt Sprengel, m. 4 illum. Kupf. gr. 8. 1 Rthlr. 12 Gr.

Sammlung Sächsisch. Medicinalgesetze. 2 Bde, herausgeg. v. C. G. Kühn, J. C. Rosenmüller u. L. Cerutti, m. chronolog. u. alphabet. Registern, u. m. 1 Kupf. gr. 8. 2 Rthlr. 16 Gr.

Sprengel, Kurt, Handb. d. Pathologie, neue, gänzl. umgearb. Aufl. gr. 8. 3 Thle. a 2 Rthlr. 8 Gr. 7 Rthlr.

— Antiquit. botanicar. spec. I. cum tab. aen. 2. 4. 1 Rthlr. 6 Gr.

Abernethy, Joh., chirurg. u. physiol. Versuche. gr. 8. 1r Thl. übers. u. m. Anmerk. v. J. Ditr. Brandis, m. 3 Kupf. 16 Gr. 2r Thl. übers. v. C. G. Kühn. 18 Gr.

Etwas üb. d. Kuren d. Gr. v. Thun, aus phys. u. medic. Gesichtspunkten betracht. v. C. G. Kühn. 8. 4 Gr.

Exposé des maux de l'Hollande et des remèdes à y apporter. gr. 8 broché. 12 Gr.

Gehler, Joh. C., kl. Schriften, d. Entbindungsk. betr., a. d. Lat. m. Zusätz. v. C. G. Kühn. 2 Thle. m. Kupf. 8. 2 Rthlr 8 Gr.

Haar, Jac. v. d., auserles. med. chirurg. Abhandlungen u. Wahrnehmungen, a. d. Holl. m. viel. Anmerk. u. Zusätz. v. J. A. Schmidt. gr. 8. 1r Thl. 22 gr. 2r Thl. m. 5 Kupf. 1 Rthlr. 18 Gr.

457,187

Digitized by Google

Digitized by Google